Recepit aũt ioseph dispensatori domus sue dicens: Imple saccos eorũ frumẽto quãtũ pñt capę. ⁊ pone pecuniã singulorũ i sũmitate sacci. Cypbũ aũt meũ argenteum ⁊ p̃ciũ qđ dedit tritici: pone i ore sacci iunioris. Factũq; ẽ ita. Et orto mane. dimissi sũt cũ asinis suis. Iãq; vrbẽ exierant. ⁊ pcesserãt paululũ. Tũc ioseph accersito dispensatore dom⁹: Surge inq̃t ⁊ persequere viros. ⁊ apꝓbẽsis dicito: Quare reddidistis malũ ꝓ bono? Cypbus quẽ furati est̃: ipse ẽ in q̃ bibit dñs me⁹. ⁊ i q̃ augurari solet. Pessimã rem fecistis. Fecit ille ut iusserat. ⁊ apꝓbẽsis p ordinẽ locut⁹ ẽ. Qui rñderunt: Quare sic loq̃t̃ dñs nr̃ ut ꝺui tui tantũ flagitij cõmiserit? Pecuniã quã inuenim⁹ in sũmitate saccorũ reportauim⁹ ad te de terra chanaan. Et quõ ꝙsequẽs ẽ ut furati sim⁹ de domo dñi tui aurũ uel argẽtũ? Apud quẽcũq; fuerit inuẽtũ seruorũ tuorũ qđ q̃ris. moriat̃. ⁊ nos erim⁹ ꝺui dñi nr̃i. Qui dixit eis: Fiat iuxt̃ vr̃am sentẽtiã. Apud quẽcũq; fuerit inuẽtũ. ipse sit⁹ meus: vos aũt eritis inocui. Itaq; festinato deponẽtes in ter̃ã saccos: apuerũt singuli. Quos scrutat⁹. icipiẽs a maiore vsq; ad minimũ: inuenit cypbũ in sacco beniamin. At illi scissis vestib⁹. oneratisq; rursũ asinis. reuersi sũt i oppidũ. ꝑmusq; iudas cũ frib⁹. ingressus est ad ioseph. Necdũ eni de loco abierat. Oẽsq; aꝑ eũ. parit i ter̃ã corruerũt. Quib⁹ ille ait: Cur sic agẽ volu-

istis? An ignorat̃ q̃ nõ sit sil̃is mei i augurãdi scia? Cui iudas: Quid rñdebim⁹ inq̃t dño meo. uel q̃d loq̃mur: aut iuste poterim⁹ obtendẽ? De⁹ inuenit iniq̃tatẽ seruorũ tuorũ Ecce serui sumus dñi mei. ⁊ nos ⁊ apud quẽ inuent⁹ ẽ cypbus. Rñdit ioseph: Absit a me: ut sic agam. Qui furat⁹ ẽ cypbũ ipse sit seruus meus: vos aũt abite liberi ad patrẽ vr̃m. Accedẽs aũt ꝓpius iudas. ꝙfidẽt̃ ait: Oro dñe mi. loquatur seruus tuus verbũ in auribus tuis. ⁊ ne irascaris famulo tuo. Tu es. n. p⁹ pharaonẽ dñs me⁹. Interrogasti pri⁹ seruos tuos. habent̃ pr̃em aut frẽm. ⁊ nos respõdim⁹ tibi dño meo. Est nobis pr̃ senex. ⁊ puer paruul⁹ q̃ in senectute illi⁹ nat⁹ ẽ: cui⁹ vterin⁹ frat̃ ẽ mortu⁹. ⁊ ipsũ solũ hz mat̃ sua pat̃ ꝺo tenere diligit eũ. Dixistiq; ꝺuis tuis: Adducite eũ ad me. ⁊ ponam oculos meos sup illũ. Suggessim⁹ tibi dño meo: non põt puer relinq̃re pr̃em suũ. Si. n. illum dimiserit morient̃. Et dixisti seruis tuis: Nisi venerit frat̃ vester minim⁹ vobiscũ: nõ videbit̃ amplius faciẽ meã. Cũ g̃ ascẽdissem⁹ ad famulũ tuũ pr̃em nostr̃: narrauim⁹ ei oia q̃ locutus est dñs me⁹. Et dixit pat̃ nr̃: Reuertimini. ⁊ emite nob̃ pauꝯ tritici. Cui dixim⁹: Non possum⁹ ire. Si frat̃ nr̃ minim⁹ descẽderit nobiscũ proficiscemur sil̃: alioq̃n illo absente non audem⁹ vidẽ faciẽ viri. At ille rñdit: Vos scit̃ q̃ duos genuerit m̃ vxor mea. Egressus est vn⁹. ⁊ dixist̃: bestia deuorauit eũ. ⁊ hucusq; nõ cõparet. Si tuleritis ⁊ istũ ⁊ aliq̃d ei i via cõtigerit: deducetis canos meos cũ merore ad inferos. Igit̃ si itrauero ad seruũ tuũ patrẽ nostr̃ ⁊ puer defuerit. cũ aia illi⁹ ex hui⁹ aia dependeat. videritq; eum non esse nobiscũ morietur. ⁊ deducẽt famuli tui canos eius cũ dolore ad inferos. Ego ꝓpꝛie seru⁹ tuus sim q̃ in meã hũc recepi fidẽ. ⁊ spopondi dicens: Nisi reduxero eũ. pcti re⁹ ero i patrẽ oi tpe. Manebo itaq; seru⁹ tu⁹ ꝓ puero i misterio dñi mei. ⁊ puer ascẽdat cũ frib⁹ suis. Non. n possũ redire ad patrẽ absente puero. ne calamitat̃ q̃ oppressura ẽ patrẽ meũ testis assistã.

Non se poterat vltra cohibẽ XLV ioseph multis coram astãtib⁹: vnde precepit ut egrederẽt̃ eicti foras. ⁊ null⁹ interesset alien⁹ agnitioni mutue. Eleuauitq; vocẽ cũ fletu quam audierũt egyptij: oisq; dom⁹ pharaõis. ⁊ dixit frib⁹ suis: Ego sum ioseph. Adhuc pat̃ me⁹ viuit? Non poterãt

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

rñdē frēs: nimio terrore pterriti. Ad quos ille clementer: accedite inqt ad me. Et cum accessissent ppe: ego sum aitioseph frat̄ ve-ster quem vendidistis in egyptū. Nolite pa-uere: neqs vobis durū reē videat̄ qp vēdidistis me in his regionib⁹. Pro salute.n. vra misit me ds aī vos i egyptū. Biēniū ē.n. qp ce-pit fames in tra eē. 7 adhuc qnqs anni restāt qb⁹ nec arari potūt nec meti. Premisitqs me ds ut reseruemini sup tra. 7 escas ad viuē-dū habē possitis. Nō vro ꝓsilio s dei volun-tate huc missus sū: q fecit me q̄si patrē pha-raonis 7 dñm vniuerse dom⁹ ei⁹ ac principē i oi tra egypti. Festinate 7 ascēdite ad patrē meū. 7 dicet̄ ei: Hec mādat fili⁹ tuus ioseph: Deus fecit me dñm vniuerse terre egypti. Descēde ad me ne moreris. 7 habitabis in tra ie-ssen. Erisqs iuxta me tu 7 filij tui 7 filij fi-liox tuox: oues tue 7 armēta tua 7 vniuer-sa q̄ possides: ibiqs te pascā. Adhuc.n. qnqs āni residui sūt famis: ne 7 tu ꝓeas 7 ois do-mus tua. 7 oia q̄ possides. En oculi vestri 7 oculi fris mei beniamin vidēt qp os meū lo-quat̄ ad vos. Nūciate patri meo vniuersam gl̄iam meā. 7 cūcta q̄ vidistis in egypto. Fe-stinate 7 adducite eū ad me. Cūqs āplexat⁹ recidisset i collū beniamin fris sui. Fleuit: illo q̄qs silit̄er flente sup collū ei⁹. Osculatus qs ē ioseph oēs frēs suos. 7 plorauit sup singl̄os. Post q̄. ausi sūt loq̄ ad eū. Auditūqs ē 7 ce-lebri fāmā vulgatū i aula regis. venerūt fra-tres ioseph. Et gauisus ē pharao atqs ois fa-milia ei⁹. Dixitqs ad ioseph ut imperaret fra-trib⁹ suis dicēs: Onerāte iumēta ite i trā chanaan. 7 tollite inde pārem vrm 7 cogna-tionē. 7 venite ad me. 7 ego dabo vobis oia bona egypti. ut comedatis medullā terre. Precipe etiā ut tollāt plaustra de tra egypti ad subuectionē puuloꝝ suoꝝ ac cōiugū. Et dicto: Tollite pārem vrm 7 ꝓperate quāto-cius veniētes: nec dimittatis q̄cqs de supel-lectili vra: qa dēs opes egypti vre erūt. Fe-cerūtqs filij isrl̄ ut eis mādatū fuerat. Qui-bus dedit ioseph plaustra scōm pharaonis impū 7 cibaria i itinē. Singulis q̄qs ꝓferri iussit binas stolas: beniamin vo dedit trecē-tos argēteos cū q̄nqs stolis optimis. tantū-dē pecunie 7 vestiū mittens pri suo: addens eis asinos decē. q̄ subuelherēt ex oibus divi-tijs egypti. 7 totidē asinas. triticū i itinere panemqs portātes. Dimisit g̃ frēs suos. 7 ꝓfi-ciscētib⁹ ait: Ne irascamini i via. Qui ascen-dentes ex egypto. venerūt in terrā chanaan ad patrē suū iacob. 7 nūciauerūt ei dicētes: Joseph fili⁹ tuus vivit. 7 ipse dñat̄ in oi tra egypti. Quo audito iacob: q̄i de gui somno euigilās. tñ nō credebat eis. Illi ecōtra refe-rebāt cēm ordinē rei. Cumqs vidisset plau-stra 7 vniuersa q̄ miserat: revixit spūs eius 7 ait: Sufficit mihi si adhuc ioseph fili⁹ me⁹ vivit. vadam 7 videbo illū anteqū moriar.

XLVI

Profectusqs isrl̄ cū oib⁹ q̄ habebat. venit ad puteū iuramēti 7 mactatis ibi victimis deo patris sui ysaac. audivit eū ꝓ visionē nocte vocātē se. 7 dicētē sibi: Jacob iacob. Cui rñdit: Ec-ce adsū. Ait illi deus: Ego sū fortissim⁹ de⁹ ꝓris tui. Noli timē: s descēde i egyptū. qa i gentē magnā faciā te ibi. Ego descēdā tecū illuc: 7 ego inde adducā te reuertentē. Jo-seph oꝝ ponet man⁹ suas sup oculos tuos. Surrexit iacob māe a puteo iuramēti: tu-lerūtqs eū filij cū puul̄ 7 vxorib⁹ suis i plau-stris q̄ miserat pharao ad portandū senē. 7 oia q̄ possederat i terra chanaan. Venitqs i egyptū cū oi semine suo: filij eius 7 nepotes filie 7 cūcta sīl̄ ꝓgenies. Hec sūt nōa fi-liox isrl̄ q̄ ingressi sūt i egyptū ipse cū liberis suis. Primogenit⁹ ruben. Filij ruben: enoch 7 phallu 7 esrom 7 charmi. Filij symeon: ia-muel 7 iamin 7 iami 7 abod 7 iachin 7 saber 7 saul fili⁹ chananitidis. Filij leui: gerson 7 caath 7 merari. Filij iuda: her 7 onan 7 sela 7 phares 7 zara. Mortui sūt āt her 7 onan i tra chanaā. Natiqs sūt filij phares: esrom 7 amul. Filij ysachar: thola 7 phua 7 iobab 7 semron. Filij zabulō: sareth 7 chelon 7 ia-helel. Hi filij lye qs genuit in mesopotamia syrie: cū dina filia sua. Oēs aie filioꝝ ei⁹ 7 fi-liaꝝ triginta tres. Filij gad: sephon 7 aggi 7 esebon 7 suni 7 heri 7 arodi 7 areli. Filij aser: iemna 7 iesua 7 iesui 7 heria sara q̄s soror eoꝝ. Filij heria: heber 7 melchiel. Hi filij zelphe quā dedit laban lye filie sue. 7 hos genuit ia-cob: sedecim aīas. Filij rachel vxor̄ iacob: ioseph 7 beniamin. Natiqs sūt ioseph filij i tra egypti q̄s genuit ei asseneq. filia phutifaris sacerdotis eliopoleos: manasses 7 effraim. Filij beniamin: bela 7 hecbor 7 asbel 7 gera 7 naaman 7 iechri 7 iethros 7 rose mophim 7 ofim 7 ared. Hi filij rachel q̄s genuit iacob: oēs aie quatuordecim. Filij dan: vsan. Filij

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

neptalim·ialiel ⁊ guni ⁊ ieſer ⁊ ſalem. hi filij bale·quã ꝛedit laban rachel filie ſue. ⁊ hos genuit iacob: ꝯs aie ſeptẽ. Cũcteq; aie que ingreſſe ſũt cũ iacob i egyptũ. ⁊ egreſſe ſũt ꝛe femoꝛe illi⁹ abſq; vxoꝛib⁹ filioꝝ ei⁹. ſexaginta ſex. Filij aũt ioſeph q̃ nati ſũt ei i ꝛra egypti: aie nue. Oẽs aie dom⁹ iacob q̃ ingreſſe ſũt i egyptũ fuere ſeptuagita. Miſit ãt iacob iudã añ ſe ad ioſeph i egyptũ ut nũciaret ei ⁊ ille occurreret in ieſſen. Quo cũ peniſſet iũcto ioſeph curru ſuo aſcendit obuiã pri ad eundẽ locũ: videſq; eũ irruit ſup collũ eius: ⁊ iñ amplexus fleuit. Dixitq; pr ad ioſeph: Jã let⁹ moꝛiar. qa vidi faciẽ tuã. ⁊ ſuperſtite te relinq. Et ille locut⁹ eſt ad frẽs ſuos. ⁊ ad ꝯm domũ pris ſui. Aſcẽdã ⁊ nũciabo pharaoni. dicãq; ei: Frẽs mei ⁊ dom⁹ pris mei q̃ erãt in ꝛra chanaan. venerũt ad me. ⁊ ſũt viri paſtoꝛes ouiũ. curãq; bñt alẽdoꝝ gregũ. Pecoꝛa ſua ⁊ armẽta ⁊ oia q̃ habẽ potuerũt adduxerũt ſecũ. Cũq; vocauerit vos ⁊ dixerit: qd̃ eſt opus vrm. rñdebit̃: Viri paſtoꝛes ſum⁹ ſerui tui. ab infantia nra vſq; in pñs. ⁊ nos ⁊ pres nri. hec autẽ dicetis ut habitare poſſitis in terra ieſſen: quia ꝛeteſtanꝺ egyptij omnes paſtoꝛes ouiũ.

XLVII

Ingreſſus q̃ ioſeph nũciauit pharaõi dicẽs: Pat̃ me⁹ ⁊ frẽs. oues eoꝝ ⁊ armẽta ⁊ cũcta q̃ poſſidẽt venerũt ꝛe ꝛra chanaan. ⁊ ecce ꝓſiſtũt in ꝛra ieſſen. Extremos q̃ fratꝝ ſuoꝝ q̃nq; viros ꝓſtituit coꝛã rege. Quos ille interrogauit: Quid habetis opis? Rñderũt: Paſtoꝛes ouiũ ſum⁹ ſerui tui. ⁊ nos ⁊ pres nri. Ad pegrinãdũ in terrã tuã venim⁹: qm̃ non eſt herba gregibus ſeruoꝝ tuoꝝ. in graueſcẽte fame i ꝛra chanaan Petimuſq; ut eſſe nos iubeas ſeruos tuos i terra ieſſen. Dixit itaq; rex ad ioſeph: Pater tuus ⁊ frẽs tui venerũt ad te. Terra egypti i ꝓſpectu tuo ẽ: in optimo loco fac eos habitare ⁊ trade eis ꝛrã ieſſen. Qd̃ ſi noſti ii eis cẽ viros induſtrios: ꝓſtitue illos mg̃ros pecoꝛũ meoꝝ. Poſt hec introduxit ioſeph patrẽ ſuũ ad regẽ. ⁊ ſtatuit eũ coꝛã eo. Qui benedicẽs illi. ⁊ interrogat⁹ ab eo: qt ſũt dies ãnoꝝ vite tue. rñdit: Dies pegrinationis vite mee centũtriginta ãnoꝝ ſũt. parui ⁊ mali. ⁊ nõ peneruerũt vſq; ad dies patꝝ meoꝝ qb⁹ pegrinati ſũt. Et bñdicto rege. egreſſus ẽ foras. Joſeph ꝛo pri ⁊ fribus ſuis ꝛedit poſſeſſionẽ in egypto i optimo ꝛre loco rameſſes ut ꝓcepꝛat pharao. ⁊ alebat eos. cũq; domũ patr̃ ſui. ꝑẽs cibaria ſingulis. In toto n. oꝛbe panis ꝛerat. ⁊ oppreſſerat fames ꝛrã. maxime egypti ⁊ chanaan. Et quib⁹ cũm pecuniã cõgregauit ꝓ venditione frumẽti. ⁊ intulit eã i erariũ regi. Cũq; ꝛefeciſſet emptoꝛib⁹ ꝑciũ venit cũcta egypt⁹ ad ioſeph. dicẽs: Da nobis panes. Quare moꝛimur coꝛã te ꝛeficiẽte pecunia? Quib⁹ ille rñdit: Adducite pecoꝛa vra. ⁊ dabo vobis ꝓ eis cibos: ſi ꝑciũ nõ habeq;. Que cũ adduxiſſent ꝛedit eis alimẽta ꝓ equis ⁊ ouib⁹ ⁊ bobus ⁊ aſinis: ſuſtentauitq; eos illo anno ꝓ cõmutatiõe pecoꝛũ. Venerũt q̃q; ãno ſecũdo. ⁊ dixerũt ei: Non celam⁹ dño nro q̃ ꝛeficiẽte pecũia pecoꝛa ſit ꝛefecerũt: nec clam te eſt q̃ abſq; coꝛpoꝛib⁹ ⁊ ꝛra nihil habeam⁹. Cur g̃ moꝛimur te vidente? Et nos ⁊ ꝛra nra tui erim⁹. Eme nos i ſeruitutẽ regiã. ⁊ ꝑẽ ſemina: ne peũte culꝛe redigat̃ terra in ſolitudinẽ. Emit igitur ioſeph cũm ꝛrã egypti: vendentib⁹ ſingulis poſſeſſiões ſuas ꝓ magnitudie famis. Subiecitq; eã pharaõi ⁊ cũctos ꝓpl̃os ei⁹ a nouiſſimis ẽmiñis egypti vſq; ad extremos fines ei⁹ preter terrã ſacerdotũ q̃ a rege tradita fuerat eis: quib⁹ ⁊ ſtatuta cibaria exhoꝛreis publicis ꝓbebant̃. ⁊ idcirco nõ ſũt cõpulſi vendere poſſeſſiones ſuas. Dixit ergo ioſeph ad populos: Ecce ut cernitis ⁊ vos ⁊ terram veſtrã pharao poſſidet. Accipite ſemina ⁊ ſerite agros ut fruges habẽ poſſitis. Quintã ptẽ regi dabitis: ꝯtuoꝝ reliq̃s pmitto vobis i ſementẽ. ⁊ in cibũ familijs ⁊ liberis vr̃is. Qui reſponderũt: Salus nra in manu tua ẽ. Reſpiciat nos tm̃ dñs noſter. ⁊ leti ſeruiemus regi. Ex eo tpe vſq; in pñtẽ diem i vniuerſa ꝛra egypti regib⁹ q̃nta ps ſoluit̃. ⁊ factũ eſt ꝯſi in legẽ. abſq; ꝛra ſacerdotali. q̃ libera ab hac ꝓditiõe fuit. Habitauit g̃ iſrl̃ in egypto. i in ꝛra ieſſen ⁊ poſſedit eã: auctuſq; ẽ ⁊ multiplicat⁹ nimis. ⁊ vixit in ea ꝛecẽ ⁊ ſeptẽ ãnis. Factiq; ſũt ẽs dies vite illi⁹ ꝯntũq̃dragintaſeptẽ ãnoꝝ. Cũq; approprinq̃re cerneꝛet diẽ moꝛtis eius. vocauit filiũ ſuũ ioſeph. ⁊ dixit ad eũ. Si iueni grãm i ꝓſpectu tuo. pone manũ tuã ſub femoꝛe meo. ⁊ facies mihi miam ⁊ vitatẽ. ut nõ ſepelias me in egypto: ꝫ dormiã cũ pribus meis. ⁊ auferas me ꝛe ꝛra hac condaſq; in ſepulchro maioꝝ meoꝝ. Cui reſpõdit ioſeph: Ego faciam qd̃ iuſſiſti. Et ille Jura ergo inqt mihi. Quo iurãte adoꝛauit

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

isrl' dominū conuersus ad lectuli caput.

XLVIII

Hec ita trāsactis nūciatū est ioseph q egrotaret pr suus. Qui assūptis duob⁹ filijs manasse z effraim ire pperexit. Dictūq est seni: Ecce filius tuus ioseph venit ad te. Qui pfortat⁹ sedit in lectulo. Et ingresso ad se ioseph ait: Deus oipotens apparuit mihi i luza quę ē i tra chanaan bñdixitq mihi. z ait: Ego te augebo z multiplicabo. z faciā te in turbas pplox. Daboq tibi terrā hāc. z semini tuo p te i possessionē sempiternā. Duo ḡ filij tui q nati sūt tibi i tra egypti antq huc venirē ad te mei erūt effraim z manasses: sicut ruben z symeon reputabunt mihi. Reliqs aūt qs genuerij p eos tui erūt. z noie fratrū suox vocabunt in possessionib⁹ suis. Mihi.n. qn venieba de mesopotamia: mortua ē rachel in tra chanaan in ipso itinē. Eratq vernū temp⁹. Et ingrediebar effratam. z sepeliui cā iuxta viā effrate q alio noie appellat bethleē. Videns aūt filios eius dixit ad eū: Qui sunt isti? Rndit: Filij mei sūt: qs donauit mihi dns i hoc loco. Adduc inqt eos ad me ut bñdicā illis. Oculi n.isrl caligabāt pre nimia senectute. z clare videre nō poterat. Applicitosq ad se deosculat⁹ z circūplex⁹ eos dixit ad filiū suū: Non sum fraudat⁹ aspectu tuo: insup oñdit mihi deus semē tuū. Cūq tulisset eos ioseph de gremio pris adorauit pnus in terrā. z posuit effraim ad dexterā suā. i. ad sinistram isrl: manasse vo in sinistra sua ad dexterā. s. pris applicuitq ambos ad eū. Qui extendēs manū dexterā posuit sup caput effraim iunioris fratris sinistrā aūt sup caput manasse q maior natu erat: cōmutās man⁹. Bñdixitq iacob filios ioseph. z ait: Deus i cui⁹ ospectu ābulauerūt pres mei abraba z ysaac: deus q pascit me ab adolescētia mea vsq i pntē diem: angelus q eruit me de cūctis malis bñdicat pueris istis. z inuocetur sup eos nomē meū noia q patrū meox abraba z ysaac. z crescāt in multitudinē sup terrā. Videns aūt ioseph q posuisset pr suus dexterā manū sup caput effraim: grauit accepit. Et apprehēsam manū pris leuare conatus ē de capite effraim. z trāsferre sup caput manasse. Dixitq ad patrē: Nō ita cōuenit pr: qa hic est pmogenit⁹ Pone dexterā tuā sup caput ei⁹. Qui renuens ait: Scio fili mi scio. Et iste quippe erit i pplos z multiplicabit. ꝫ frat ei⁹ iunior maior erit illo. z semē illi⁹ crescet i gētes. Benedixitq eis i tpe illo dicens: In te benedicet isrl atq dicet: Faciat tibi de⁹ sicut effraim z sic manasse. Cōstituitq effraim añ manasse. Et ait ad ioseph filiū suū: Ecce ego morior. z erit deus vobiscū reducetq vos ad tra patrū vrox. Do tibi ptē vnā ex frēs tuos quā tuli de manu āmorrei in gladio z arcu meo.

XLIX

Vocauit aūt iacob filios suos. z ait eis: Cōgregamini ut annūciem q ventura sūt vobis in diebus nouissimis. Congregami z audite filij iacob audite isrl prem vrm. Ruben primogenitus meus. Tu fortitudo mea z pncipiū doloris mei. Prior i donis maior in impio. Effusus es sicut aq. Nō crescas: qa ascendisti cubile pris tui. z maculasti stratū ei⁹. Symeō z leui frēs vasa iniqtatis bellātia. In psiliū eox nō veniat aia mea. z i cetu illox nō sit gl'ia mea: qa in furore suo occiderūt virū. z in voluntate sua suffoderūt murū. Maledict⁹ furor eox qa ptinax. z indignatio eox qa dura. Diuidā eos i iacob. z dispgā eos i isrl. Juda: te laudabūt frēs tui. Man⁹ tue i ceruicib⁹ inimicox tuox: adorabūt te filij pris tui. Catul⁹ leonis iuda. Ad predā fili mi ascēdisti: requiescēs accubuisti ut leo. z q si leena. Quis suscitabit eū? Non auferet sceptrū de iuda. z dux de femore ei⁹: donec veniat q mittend⁹ ē. z ipse erit expectatio gentiū. Ligās ad vineā pullū suū. z ad vitē o fili mi asinā suam Lauabit i vino stolā suā. z in sanguine vue palliū suū. Pulchriores sūt oculi eius vino z dentes ei⁹ lacte cādidiores. Zabulon i littore maris habitabit. z i statiōe nauiū: ptingens vsq ad sidonē. Ysacbar asin⁹ fort: accubās inter termios. Vidit requiē q eēt bona z terrā q optima. z supposuit humerum suū ad portandū: factusq est tributis seruiens. Dan iudicabit pplm suū: sicut z alia trib⁹ in isrl. Fiat dan coluber i via cerastes i semita mordēs vngulas equi: ut cadat ascensor ei⁹ retro. Salutare tuū expectabo dne. Gad accinct⁹ ppliabit añ eū. z ipse accinget retrorsū. Aser piguis pānis ei⁹. z pbebit delitias regibus. Neptalim ceru⁹ emissus. z dans eloqa pulchritudinis. Filius accrescens ioseph: filius accrescēs z decor⁹ aspectu. Filie discurrerūt sup murū: ꝫ exasperauerūt eū. z iurgati sunt iuderūtq illi habētes iacula. Sedit i forti arcus ei⁹. z dissoluta sūt vincula brachiorū

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ꝛ manuũ illi⁹.p manus potentꝫ iacob. Inde
pastor egressus est: lapis isrł. Deus pris tui
erit adiutor tuus. ꝛ oipotēs bñdicet tibi bñ-
dictionib⁹ celi ꝛsup.bñdictionib⁹ abyssi ia-
centis ꝛorsum: bñdictionib⁹ vbex ꝛ vulue.
Bñdictiōes pris tui.cōfortate sūt bñdictio-
nib⁹ patꝝ ei⁹.donec veniret desideriū colliū
ętnox. Fiāt i capite iosepb ꝛ i vertice naçarei
inł frēs suos. Beniamin lup⁹ rapax: māe co-
medet pdā. ꝛ vespe diuidet spolia. Dēs bi in
tribub⁹ isrł duodeci. Hec locut⁹ ē eis pr suus
bñdixitꝙ singulis bñdictionibus ꝓpꝛijs. ꝛ
pcepit eis dicēs: Ego ꝓgredior ad ꝓplm meū
Sepelite me cū prib⁹ meis i spelūca duplici
q̄ est i agro ephron etbei.ꝑ mābre i tra cha-
naan: quā emit abrahā cū agro.ab ephron
etheo i possessionē sepulchri. Ibi sepelierunt
eū ꝛ sarā vxorē ei⁹. Ibi sepult⁹ ē ysaac cū re-
becca cōiuge sua. Ibi ꝛ lya cōdita iacet. Fi-
nitisꝙ mādatis q̄b⁹ filios instruebat.colle-
git pedes suos sup lectulum ꝛ obijt: apposi-
tusꝙ est ad populum suū.

Quod cernēs iosepb.ruit sup faciem
pris.flens ꝛ deosculās eū: pcepitꝙ
seruis suis medicis.ut aromatibus
condirēt patrē. Quib⁹ iussa explētib⁹: tran-
sierūt q̄draginta dies. Iste quippe mos erat
cadauerꝫ ditorꝫ. Fleuitꝙ eū egypt⁹ septua-
ginta dieb⁹. Et expleto planct⁹ tpe: locutus
est iosepb ad familiā pharaonis. Si inueni
grām in ꝓspectu vro.loqmini i aurib⁹ pha-
raonis.eo ꝙ pr me⁹ adiurauerit me dicens:
En morior.in sepulchro meo qđ fodi mi in
tra chanaan.sepelies me. Ascēdā igit ꝛ sepe-
liam prem meū: ac reuertar. Dixitꝙ ei pha-
rao: Ascende ꝛ sepeli prem tuū sicut adiura-
tus es. Quo ascendēte.ierūt cū eo ces senes
dom⁹ pharaonis.cūctiꝙ maiores natu tre
egypti: dom⁹ iosepb cū frib⁹ suis absꝙ par-
uulis ꝛ gregib⁹ atꝙ armētꝫ: q̄ dereliquerūt
i terra iessen. Habuit q̄ꝙ in comitatu curr⁹ ꝛ
eq̄tes. ꝛ facta ē turba nō modica.uenerūtꝙ
ad areā achad.q̄ sita ē trās iordanē: vbi cele
brātes exeq̄as plāctu magno atꝙ vehemēti
ipleuerūt septē dies. Qđ cū vidissent habi-
tatores tre chanaā dixerūt: Planctus ma-
gu⁹ ē iste egyptijs. Et idcirco vocatū est no
men loci illi⁹.planct⁹ egypti. Fecerūt ġ filij
iacob sicut pcepat eis. ꝛ portātes eū in terrā
chanaā.sepelierūt eū in spelūca duplici: quā
emerat abrahā cū agro in possessionē sepul-
chri.ab ephron etheo.ꝑ faciem mābre. Re-
uersusꝙ est iosepb ī egyptū cū frib⁹ suis ꝛ oi
comitatu: sepulto pre. Quo mortuo timen-
tes frēs eius ꝛ mutuo colloquētes.ne forte
memor sit iniurie quā passus ē. ꝛ reddat nob
ē malū qđ fecim⁹: mandauerūt ei dicētes:
Pat tu⁹ pcepit nob añ̄ꝙ morerer ut hec tibi
vbis illi⁹ dicerem⁹: Obsecro ut obliuiscaꝛ
sceleris fratꝝ tuox. ꝛ pcti atꝙ malitie quā
exercuerūt i te. Nos q̄ꝙ oram⁹: ut seruo dei
pris tui dimittas iniq̄tatē hāc. Quib⁹ audit
fleuit iosepb: venerūtꝙ ad eū frēs sui. ꝛ pni
adorātes in terrā.dixerūt: Serui tui sumus
Quib⁹ ille rndit: Nolite timere. Nū dei pos-
sum⁹ resistē volūtati? Vos cogitastis de me
malū.ꝑ deus vtit illud i bonū: ut exaltaret
me sicut i prītiaꝝ cernit. ꝛ saluos facēt mul-
tos ꝓplos. Nolite timē. Ego pascam vos. ꝛ
puulos vros. Cōsolatusꝙ ē eos ꝛ blande ꝛ
lenit est locut⁹. ꝛ habitauit in egypto cū oi do-
mo pris sui. Vixitꝙ centūdecē ānis. ꝛ vidit
effraim filios vsꝙ ad tertiā gnātionē. Filij q̄ꝙ
machir filij manasse.nati sūt in genibus io-
sepb. Quib⁹ trāsactis locut⁹ ē fratrib⁹ suis:
Post mortē meā deus visitabit vos. ꝛ ascē-
dere vos faciet de terra ista.ad terram quā
iurauit abrahā.ysaac ꝛ iacob. Cūꝙ adiu-
rasset eos atꝙ dixisset: de⁹ visitabit vos.as-
portate ossa mea vobiscū de loco isto: mor-
tuus ē expletꝫ centūdecē vite sue ānis. ꝛ cō-
dit⁹ aromatib⁹.reposit⁹ ē in loculo i egypto.

Explicit liber Geneseos. Incipit liber exodi
mothi: quē nos Exodi dicimus. Capł̄m I

Hec sūt noīa
filioꝝ isrł.qui ingressi sūt i
egyptū cū iacob. Singu-
li cū domib⁹ suis itroierūt
Ruben.symeō.leui.iudas
ysachar.çabulō. Beniamin: dan ꝛ neptali:
gad ꝛ aser. Erāt igitur ces aie eoꝝ q̄ egressi
sūt de femore iacob septuaginta. Joseph aūt
i egypto erat. Quo mortuo ꝛ vniuersis fra-
trib⁹ eius oiꝙ cognatiōe sua: filij isrł creue-
rūt ꝛ q̄si germinātes multiplicati sūt: ac ro-
borati nimis ipleuerūt tra. Surrexit itera
rex nou⁹ sup egyptū: qui ignorabat iosepb.
Et ait ad populū suū: Ecce populus filiorū
isrł mult⁹. ꝛ fortior nobis ē. Venite sapient

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

oppzimam⁹ eum·ne forte multiplicetur.⁊ si ingruerit ꝯ nos bellū·addaꝫ iimicis nostr̄· expugnatisq; nobis:egrediaꝫ de ẽra. Pzepo/ suit itaq; eis mgros opẽp: ut affligerẽt eos oneribꝰ. Edificauerũtq; vrbes tabnaculoꝝ pharaoni·phiton⁊ rameſſes. Quãtoq; op/ primebant eos:tanto magis multiplicabãꝫ ⁊ creſcebant. Oderantq; filos iſrl̄ egyptij.⁊ affligebant illudẽtes eis : atq; ad amaritu/ dinẽ pducebãt vitã eoꝝ operibus duris luti ⁊ lateris:oiq; famulatu q̄ in ẽre opib⁹ p̃me/ bant. Dixit aũt rex egypti obſtetricibus be/ breoꝝ:q̄ꝝ vna vocabaꝫ ſephora·alẽa phua· p̃cipiẽs eis: Cũ obſtetricabitis hebreas.⁊ part⁹ temp⁹ aduenerit·ſi maſcul⁹ fuerit inẽ/ ficite eũ·ſi femina reſeruate. Timuerũt autẽ obſtetrices deũ.⁊ nõ fecerũt iuxta p̃ceptum regis:ſed conſeruabãt mares. Quib⁹ accer/ ſitis ad ſe rex·ait:Quid nam eſt ꝺ qõ facere voluiſtis:ut pueros ſeruaretis? Que rñde/ runt:Non ſũt hebree ſicut egyptie mulieres. Ipſe.n.obſtetricãdi bñt ſciam.⁊ pziuſq; ve/ niam⁹ ad eas pariũt. Bñ ḡ fecit de⁹ obſte/ ſtricib⁹ ⁊ creuit pplus :pfortatuſq; eſt nimis Et q̃a timuerunt obſtetrices deũ: edificauit eis domos. Pzecepit ḡ pharao oi pplo ſuo dicẽs:Quicq̃d maſculini ſex⁹ natũ fuerit·i flumen pijcite:q̃ cq̃d feminini·reſeruate. II

Egreſſus eſt p⁹ hõ vir de domo leui.⁊ accepit vxorẽ ſtirpis ſue·q̃ concepit ⁊ pepit filiũ.⁊ videns eũ elegantem· abſcõdit trib⁹ menſib⁹. Cũq; iam celare non poſſet : ſũpſit fiſcellã ſcirpeã.⁊ liniuit eam bi/ tumine ac pice : poſuitq; int⁹ infantulum.⁊ expoſuit eũ ī carecto ripe fluis:ſtante procul ſoroze ei⁹.⁊ ꝑſiderante euentũ rei. Ecce autẽ deſcẽdebat filia pharaonis ut lauareꝫ i flu/ mine.⁊ puelle ei⁹ ḡdicbãꝫ p crepidinẽ aluei. Que cum vidiſſet fiſcellam i papyricẽ·miſit vnã e famulab⁹ ſuis.⁊ allatã apiẽs cernẽſq; ī ea puulũ vagiẽtẽ·miſerta ei⁹ ait: De infan/ tib⁹ hebreoꝝ ẽ hic. Cui ſoror pueri: Vis in/ q̃t ut vadã⁊ vocẽ tibi mulierẽ hebreã q̃ nu/ trire poſſit infantulũ? Rñdit : Vade. Pzepit puella.⁊ vocauit matrẽ ſuã. Ad quã locuta filia pharaonis : accipe ait puerũ iſtũ.⁊ nu/ tri mihi·ego dabo tibi mercedẽ tuã. Suſce/ pit mulier⁊ nutriuit pueꝝ: adultũq; tradi/ dit filie pharaonis. Quẽ illa adoptauit ī lo cũ filij : vocauitq; nomẽ ei⁹ moyſes dicens: q̃a de aqua tuli eũ. In dieb⁹ illis p⁹q̃ creue/ rat moyſes·egreſſus ẽ ad frẽs ſuos :viditq; afflictionẽ eoꝝ. ⁊ virũ egyptiũ percutientẽ quendã de hebreis frib⁹ ſuis. Cũq; circũſpe/ riſſet huc atq; illuc⁊ nullum adeſſe vidiſſet: percuſſũ egyptiũ abſcõdit ſabulo. Et egreſſus die altero·ꝑſpexit duos hebreos rixãtes:di/ xitq; ei q̃ faciebat iniuriã: Quare percutis pri/ mũ tuũ? Qui rñdit : Quis ꝓſtituit te pnci/ pem⁊ iudicẽ ſup nos? Nũ occidẽ me tu vis ſicut heri occidiſti egyptium? Timuit moy/ ſes.⁊ ait:Quõ palã factũ ẽ vbũ iſtud? Au/ diuitq; pharao ſermonẽ hũc. ⁊ q̃rebat occi/ dere moyſen. Qui fugiẽs de ꝑſpectu ei⁹·mo/ rat⁹ ẽ in ẽra madian.⁊ ſedit iuxta puteũ. Erãt aũt ſacerdoti madian ſeptẽ filie·q̃ venerant ad hauriẽdã aquã.⁊ ipleꝫ canalib⁹ adaq̃re cupiebãt greges p̃ris ſui. Supuenẽ paſto/ res.⁊ ciecerũt eas. Surrexitq; moyſes⁊ de/ fenſis puellis adaq̃uit oues eaꝝ. Que cum reũtiſſent ad raguel patrẽ ſuũ·dixit ad eas: Cur heloci⁹ veniſtiꝫ ſolito? Rñderũt: Vir egy pti⁹ liberauit nos de manu paſtoꝝ. Inſup⁊ hauſit aquã nobiſcũ : potũq; dedit ouibus. At ille: Vbi ẽ inq̃t? Quare dimiſiſtiꝫ hoiez? Vocate eũ ut comedat panẽ. Jurauit ergo moyſes q̃ habitaret cũ eo. Accepitq; ſephorã filiã eius vxorẽ:q̃ pepit ei filiũ: quẽ vocauit gerſan·dicẽs: Aduena fui i ẽra aliena. Al/ teꝝ vo pepit:quẽ vocauit eliezer·dicẽs: De⁹ n.p̃ris mei adiutor me⁹.⁊ eripuit me de ma/ nu pharaõis. Poſt multũ vo tpis mortu⁹ ẽ rex egypti. Et ingemiſcẽtes filij iſrl̄ ppt opa vociferati ſũt. Aſcẽditq; clamor eoꝝ ad deũ ab opib⁹.⁊ audiuit gemitũ eoꝝ·ac recordat⁹ ẽ federiſ q̃ pepigerat cũ abrahã yſaac⁊ ia/ cob.⁊ reſpexit dñs filios iſrl̄.⁊ cognouit eos.

Moyſes aũt paſcebat oues ietro III ſoceri ſui ſacerdotiꝫ madiã. Cũq; mi/ naſſet gregẽ ad interiora deſerti : venit ad montẽ dei oreb. Apparuitq; ei dñs i flã/ ma ignis de medio rubi.⁊ videbat q̃ rubus arderet⁊ nõ cõburẽꝫ. Dixit ḡ moyſes: Ua/ dã⁊ videbo viſionẽ hãc magnã: q̃re nõ cõ/ buraꝫ rub⁹. Cernens aũt dñs q̃ pgẽt ad vi/ dẽdũ·vocauit eũ de medio rubi.⁊ ait:Moy/ ſes moyſes. Qui rñdit: Adſũ. At ille:Non appropies inq̃t huc. Solue calciamẽtũ de pedib⁹ tuis. Loc⁹.n.i q̃ ſtas ẽra ſcã ẽ. Et ait: Ego ſũ de⁹ p̃ris tui:de⁹ abrahã⁊ de⁹ yſaac ⁊ de⁹ iacob. Abſcõdit moyſes faciem ſuam Nõ.n.audebat aſpicere ꝯ deũ. Cui ait dñs

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Vidi afflictionē ꝑpli mei i egypto. ⁊ clamorē eiꝰ audiui ꝓpt̄ duritiā eoꝝ qui p̄sūt opib⁹ Et sciens dolorē eiꝰ descendi ut liberē eū de manib⁹ egyptioꝝ. ⁊ educā de tra illa i terrā bonā ⁊ spatiosam i terrā q̄ fluit lacte ⁊ melle: ad loca chananei ⁊ ethei ⁊ āmorrei ⁊ phe reçei ⁊ euei ⁊ iebusei. Clamor ḡ filioꝝ isrl̄ bel venit ad me. vidiq; afflictionē eoꝝ q̄ ab egyptijs opp̄imunt. Sed veni ⁊ mittā te ad pharaonē: ut educas ꝑplm meū filios isrl̄ de egypto. Dixitq; moyses ad deū: Quis sum ego ut vadā ad pharaonē ⁊ educā filios isrl̄ de egypto? Qui dixit ei: Ego ero tecū. ⁊ hoc habebis signū q̄ miserim te. Cū eduxeris populū meū de egypto: immolabis deo sup montē istū. Ait moyses ad deū: Ecce ego vadam ad filios isrl̄. ⁊ dicā eis: Deus patꝝ vestroꝝ misit me ad vos. Si dixerit mihi. qđ est nomē eius: q̄d dicā eis? Dixit dñs ad moysen: Ego sum q̄ sum. Sic dices filijs isrl̄. Qui ē misit me ad vos. Dixitq; iterū deꝰ ad moysen. Hec dices filijs isrl̄: Dñs deꝰ patꝝ vr̄oꝝ deus abrahā ⁊ deus ysaac ⁊ deꝰ iacob: misit me ad vos. Hoc nomen mihi ē in eternū. ⁊ hoc memoriale meū i generatiōe ⁊ generationē. Vade. cōgrega seniores isrl̄. ⁊ dices ad eos Dñs deus patꝝ vr̄oꝝ apparuit m̄i: deꝰ abraham ⁊ deꝰ ysaac ⁊ deꝰ iacob. dicēs: Visitans visitaui vos. ⁊ vidi oia q̄ acciderūt vobis in egypto. ⁊ dixi ut educam vos de afflictione egypti i terrā chananei ⁊ ethei ⁊ āmorrei ⁊ phereçei ⁊ euei ⁊ iebusei ad terram fluentem lacte ⁊ melle. ⁊ audient vocē tuā. Ingredieris tu ⁊ seniores isrl̄ ad regē egypti. ⁊ dices ad eū: Dñs deꝰ hebreoꝝ vocauit nos. Ibimus viā triū dieꝝ i solitudinē: ut immolemus dño deo nr̄o. Sꝫ ego scio q̄ nō dimittet vos rex egypti ut eatis: nisi per manū validam. Extendāq; manū meā ⁊ ꝑcutiam egyptū in cūctis mirabilib⁹ meis q̄ facturus sū i medio eoꝝ: ꝓ⁹ hoc dimittet vos: daboq; gratiā ꝓpt̄o huic coꝝ egyptijs. Et cū egrediemi. nō exibitis vacui: sed postulabit mulier a vicina sua ⁊ ab hospita sua vasa argētea ⁊ aurea. ac vestes. ponetisq; eas sup filios ⁊ filias vestras ⁊ spoliabitis egyptum.

IIII

Respondēs moyses ait: Non credent mihi: neq; audient vocē meā: sed dicent: non apparuit tibi dñs. Dixit ḡ ad eū: Quid ē qđ tenes i manu tua? Rndit Virga. Dixitq; dñs: Proijce eam in terram. Proiecit. ⁊ versa ē in colubrū: ita ut fugeret moyses. Dixitq; dñs: Extende manū tuam ⁊ apprehende caudam eiꝰ. Extendit ⁊ tenuit: vsaq; ē in virgā. Ut credāt inq̄t q̄ apparuerit tibi dñs deꝰ patꝝ tuoꝝ: deꝰ abrahā ⁊ deꝰ ysaac ⁊ deꝰ iacob. Dixitq; dñs rursū: Mitte manū tuā i sinū tuū. Quā cū misisset in sinū protulit leprosam instar nivis. Retrahe ait manū tuā i sinū tuū. Retraxit ⁊ ptulit iterū ⁊ erat similis carni reliq̄. Si nō crediderint inq̄t tibi. neq; audierit sermonē signi prioris credēt verbo signi sequētis. Quꝫ si nec duob⁹ q̄dē bis signis crediderit. neq; audierint vocem tuā: sume aquā fluis ⁊ effunde eam sup aridā. ⁊ q̄cq̄d hauseris de fluuio. vertet i sanguinē. Ait moyses: Obsecro dñe. nō sū eloquēs ab heri ⁊ nudiust̄tertiꝰ. ⁊ ex quo locutus es ad seruū tuū. ipe ditioris ⁊ tardioris linguę sū. Dixit dñs ad eū: Quis fecit os hois? Aut q̄s fabricatur ē mutū ⁊ surdū. videntē ⁊ cecū? Nōne ego? Perge igit̄ ⁊ ego ero i ore tuo: doceboq; q̄d loq̄ris. At ille. obsecro dñe inq̄t: mitte quē missurus es. Iratꝰ dñs i moysen. ait: Aaron frat̄ tuus leuites. scio q̄ eloquens sit. Ecce ipse egredietur in occursū tuū: vidensq; te letabit̄ corde. Loq̄re ad eū ⁊ pone verba mea i ore eiꝰ. ⁊ ego ero i ore tuo ⁊ in ore illiꝰ. ⁊ ondā vob̄ q̄d agē debeatis. Et ipse loquetur ꝓ te ad ꝑplm ⁊ erit os tuū: tu autē eris ei i bis q̄ ad deū ptinēt. Virgā q; hanc sume i manu tua: i q̄ facturus es signa. Abiit moyses ⁊ reversus est ad iethro socerū suum Dixitq; ei: Vadā ⁊ revertar ad frēs meos i egyptū: ut videā si adhuc viuant. Cui ait iethro: Vade in pace. Dixit ḡ dñs ad moysen i madian: Vade ⁊ revertē i egyptū. Mortui enī sūt oēs q̄ q̄rebāt aiam tuā. Tulit ḡ moyses vxorē suā ⁊ filios suos. ⁊ imposuit eos sup asinū: reversusq; ē i egyptū: portās virgam dei in manu sua. Dixitq; ei dñs reuertenti in egyptū. Vide: ut oia ostēta q̄ posui in manu tua facias coram pharaone. Ego indurabo cor eius. ⁊ nō dimittet ꝑplm. Diceisq; ad eū: Hec dicit dñs: Filiꝰ meꝰ ꝑmogenitꝰ isrl̄. Dixi tibi Dimitte filium meū ut seruiat mihi. ⁊ noluisti dimittere eū. Ecce ego interficiā filiū tuū ꝑmogenitū. Cūq; eēt in itinere i diversorio occurrit ei dñs. ⁊ volebat occidē eū. Tulit illico sephora acutissimā petrā. ⁊ circūcidit preputiū filij sui. Tetigitq; pedes eius. ⁊ ait: Sponsus sanguinū tu mihi es. Et dimisit eū

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

postq̃ dixerat: sponsus sanguinũ tu mihi es ob circũcisionẽ. Dixitq; dñs ad aaron: Vade in occursũ moysi i deserto. Qui pgressit obuiam ei i mõtẽ dei. & osculat⁹ est eũ. Narrauitq; moyses aarõ oia ⁊ba dñi p q̃b⁹ miserat eũ. & signa q̃ mandauerat. Venerũtq; sil & ꝯgregauerũt cunctos seniores filioꝝ isrl. Locutusq; ẽ aaron oia ⁊ba q̃ dixerat dñs ad moysen. & fecit signa coram ppl'o & credidit ppl's. Audierũtq; q̃ visitasset dñs filios isrl & q̃ respexisset afflictionẽ illoꝝ: & pni adorauerunt.

V

Postĥ igressi sũt moyses & aaron. & dixerũt pharaoni: hec dicit dñs de⁹ isrl: Dimitte populũ meũ ut sacrificet mihi i deserto. At ille rñdit: Quis ẽ dñs ut audiã vocem eius. & dimittam isrl? Nescio dñm. & isrl nõ dimittã. Dixerũtq;: Deus hebreoꝝ vocauit nos. ut eamus viã triũ dierũ in solitudinẽ. & sacrificemus dño deo nro: ne forte accidat nob pestis aut gladi⁹. Ait ad eos rex egypti: Quare moyses & aaron sollicitatis populũ ab operibus suis? Ite ad onera vra. Dixitq; pharao: Multꝰ ẽ ppl'us tre. Videtq; q̃ turba succreuerit: quãto magis si dederitis eis requiẽ ab opib⁹? Precepit g̃ in die illo pfectis operũ & exactoribus populi. dicẽs: Neq; q̃ vltra dabitis paleas populo ad ꝓficiẽdos lateres sicut ꝑus. & ipsi vadãt & colligãt stipulas. & mẽsurã laterũ quã ꝑus faciebãt: ipponetis sup eos: nec minuetis quicq̃. Vacãt enim & idcirco vociferãt dicentes: Eamus & sacrificemus deo nro. Opprimant⁹ opib⁹ & expleãt ea: utnõ acq̃escãt ⁊bis mendacib⁹. Igit egressi pfecti operũ & exactores ad ppl'm dixerũt: Sic dicit pharao: Nõ do vob paleas. Ite & colligite sicubi inuenire poteritis: nec minuet⁹ q̃q̃ de ope vro. Dispersusq; est ppl'us in oẽm terrã egypti ad colligẽdas paleas. Prefecti aũt operũ instabãt dicẽtes: Cõplete opus vrm q̃tidie: ut prius facere solebatis qñ dabant⁹ vob palee. Flagellatiq; sunt q̃ pferant opib⁹ filioꝝ isrl: ab exactoribus pharaonis dicẽtib⁹: Quare nõ implestis mẽsurã latex sicut ꝑus: nec heri nec hodie? Veneruntq; ppositi filiorũ isrl. & vociferati sũt ad pharaonẽ dicẽtes: Cur ita agis ꝯ seruos tuos? Palee nõ dant⁹ nob. & lateres sil'r iperãt. Ecce famuli tui flagellis cedimur. & iiuste agit⁹ cõtra ppl'm tuũ. Qui ait: Vacatis ocio: & idcirco dicitis: Eamus & sacrificemus dño. Ite g̃ & operamini: Palee nõ dabunt⁹ vobis. & reddetis ꝯsuetũ numerꝰ laterũ. Videbãtq; se ꝑpositi filioꝝ isrl in malũ eo q̃ diceret⁹ eis nõ minuet⁹ q̃cq̃ operis de lateribus p singulos dies. Occurrerũtq; moysi & aaron q̃ stabãt ex aduerso egrediẽtes a pharaone. & dixerũt ad eos: Videat dñs & iudicet: qm̃ fetere fecistis odorẽ nostr coram pharaone & seruis ei⁹. & ꝑbuistis ei gladiũ ut occideret nos. Reuersusq; ẽ moyses ad dñm. & ait: Dñe cur afflixisti populum istũ? Quare misisti me? Ex eo enim quo ingressus sum ad pharaonẽ ut loq̃rer ex noie tuo afflixit ppl'm tuũ. & nõ liberasti eos.

VI

Dixitq; dñs ad moysen: Nũc videbis q̃ factur⁹ sit pharaoni. ꝑ manũ enim fortem dimittet eos. & in manu robusta eiiciet illos de tra sua. Locutusq; est dñs ad moysen dicẽs: Ego dñs q̃ apparui abrahã ysaac & iacob i deo oipotente. & nomẽ meũ adonay nõ indicaui eis. Depigiq; fedus cũ eis ut darẽ eis tram chanaã: tram peregrinatiõis eoꝝ in q̃ fuerũt aduene. Ego audiui gemitũ filioꝝ isrl q̃ egyptii oppũnt eos. & recordat⁹ sum pacti mei. Ideo dic filiis isrl. Ego dñs qui educam vos de ergastulo egyptioꝝ: & eruã de seruitute. ac redimã in brachio excelso & iudicijs magnis: & assumã vos mihi i ppl'm. & ero vester de⁹. Et scietis q̃a ego sum dñs de⁹ vr. q̃ eduxerim vos de ergastulo egyptioꝝ. & inducerim vos i terrã sup quã leuaui manũ meã ut darẽ eã abrahã ysaac & iacob: daboq; illã possidẽdã vobis. ego dñs. Narrauit g̃ moyses oia filiis isrl: q̃ nõ acq̃euerunt ei. ppt angustiã spũs & op⁹ durissimũ. Locutusq; ẽ dñs ad moysen dicẽs: Ingredere & loq̃re ad pharaonẽ regẽ egypti ut dimittat filios isrl de tra sua. Respondit moyses coram dño: Ecce filii isrl non audiunt me: & quõ audiet pharao. ꝑsertim cũ incircũcis⁹ sim labiis? Locutusq; ẽ dñs ad moysen & aarõ. & dedit mãdatũ ad filios isrl & ad pharaonẽ regẽ egypti ut educerẽt filios isrl de tra egypti. Isti sũt pncipes domorũ p familias suas. Filii ruben pmogeniti israhel: enoch & phallu. esrom & charmi. Hec cognatiões ruben. Filii symeõ: iamuel & iamin & iami & ahod & iachin & saher & saul filius chananitidis. Hec pgenies symeõ. Et hĥ noia filioꝝ leui p cognatiões suas: gerson & caath & merari. Anni aũt vite leui fuerunt centũ

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

trigintaseptem. Filij gerson: lobni ⁊ semei p cognatiões suas. Filij caath: amram ⁊ ysuar ⁊ hebron ⁊ oziel. Anni q3 vite caath cẽtũ trigintatres. Filij merari: mooli ⁊ musi. Hę coğtiões leui p familias suas. Accepit aũt amram voȝorẽ iochabeth patruelẽ suã: q̃ pepĕrit ei aaron ⁊ moysen ⁊ mariã. Fuerũtq3 anni vite amram cẽtũ trigintaseptẽ. Filij q3 ysuar: chore ⁊ naphęg ⁊ zechri. Filij q3 oziel misael ⁊ elisaphan ⁊ sechri. Accepit autem aarõ voȝorẽ elisabeth filiã aminadab sororẽ naason: q̃ pepit ei nadab ⁊ abiu ⁊ eleaçar ⁊ ythamar. Filij q̃q3 chore: aser ⁊ helcbana ⁊ abiasab. Hę sũt coğtiões choritarũ. At vo eleaçar filij aaron accepit voȝorẽ de filiabus phutiel: q̃ pepit ei phinees. Hi sunt pncipes familiaȝ leuiticaȝ p cognatiões suas. Iste est aaron ⁊ moyses q̃b9 pcepit dñs ut educerent filios isrl̃ de terra egypti per turmas suas. Hi sunt q̃ loquũtur ad pharaonẽ regẽ egypti ut educãt filios isrl̃ de egypto. Iste ẽ moyses ⁊ aaron. in die qua locut9 ẽ dñs ad moysen in terra egypti. Et locut9 ẽ dñs ad moysen dicẽs: Ego dñs. Loquere ad pharaonẽ regẽ egypti. oia q̃ loquor tibi. Et ait moyses coraꝫ dño: En incircũcisus labijs sũ. Quõ audiet me pharao?

VII

Dixitq3 dñs ad moysen: Ecce cõstitui te deũ pharaonis. ⁊ aaron frat tu9 erit pphęta tu9. Tu loqueris ei oia q̃ mãdo tibi. ⁊ ille loquet ad pharaonẽ ut dimittat filios isrl̃ de terra sua. Sed ego idurabo cor ei9. ⁊ multiplicabo signa ⁊ ostẽta mea in tra egypti. ⁊ nõ audiet vos. Immittãq3 manũ meã sup egyptũ: ⁊ educã exercitũ ⁊ populũ meũ filios isrl̃ de terra egypti: p iudicia maxima. Et sciẽt egyptij. qa ego sũ dñs q̃ extenderim manũ meã sup egyptũ: ⁊ eduxerĩ filios isrl̃ de medio eorũ. Fecit itaq3 moyses ⁊ aaron: sic̃ pcepat dñs. ita egerũt. Erat aũt moyses octogita ãnoȝ ⁊ aarõ octogintatriũ qñ locuti sũt ad pharaonẽ. Dixitq3 dñs ad moysen ⁊ aarõ. Cũ dixerit vob pharao: oñdite signa. dices ad aaron: Tolle virgã tuã ⁊ pĳce eam coraꝫ pharaone. ac vertet in colubrũ. Ingressi itaq3 moyses ⁊ aaron ad pharaonẽ. fecerunt sicut pcepĕrat dñs. Tulitq3 aaron virgã coraꝫ pharaone ⁊ suis ei9: q̃ vsa ẽ in colubȝ. Vocauit aũt pharao sapiẽtes ⁊ maleficos. ⁊ fecerũt etiã ipsi p incãtatiões egyptiacas ⁊ archana quedã similiť. Proiecerũtq3 singuli vgas suas. q̃ vse sũt in dracones. Sed devorauit vga aaron vgas eoȝ. Induratũq3 ẽ cor pharaonis. ⁊ nõ audiuit eos sicut pcepĕrat dñs. Dixit autẽ dñs ad moysen: Ingrauatũ ẽ cor pharaonis. ⁊ nõ vult dimittere pplm̃. Vade ad eũ mane. Ecce egredietť ad aq̃s. Et stabis in occursũ ei9 sup ripã fluis. ⁊ vgã q̃ conversa ẽ in draconẽ. tolles in manu tua. dicesq3 ad eũ: Dñs de9 hebreoȝ misit me ad te. dicẽs: Dimitte pplm̃ meũ ut sacrificet mihi in deserto. ⁊ vsq3 ad hũc̃ audire noluisti. Hec igiť dicit dñs: In hoc scies q̃ sim dñs. Ecce percutiã vga q̃ in manu mea ẽ aquã fluis. ⁊ vertetť in sanguinẽ. Pisces q3 q̃ sũt in fluuio morietť. ⁊ cõputrescẽt aq̃. ⁊ affligentť egyptij bibentes aquã fluis. Dixit q3 dñs ad moysen: Dic ad aaron: Tolle virgã tuã ⁊ extẽde manũ tuã sup aq̃s egypti. ⁊ sup fluuios eoȝ ⁊ riuos ⁊ paludes ⁊ cẽs lac9 aq̃ȝ ut vertantť in sanguinẽ. ⁊ sit cruor in oi tra egypti tam in ligneis vasis q̃ in saxeis. Fecerũtq3 moyses ⁊ aaron sicut pcepĕrat dñs. Et eleuãs virgã pcussit aquã fluis coraꝫ pharaone ⁊ suis ei9 q̃ vsa est in sanguinẽ. ⁊ pisces q̃ erãt in fluie mortui sũt. Cõputruitq3 fluui9. ⁊ nõ poterãt egyptij bibere aquã fluis. ⁊ fuit sanguis in tota tra egypti. Fecerũtq3 sim̃ilť malefici egyptioȝ incãtatiõib9 suis. Et induratũ ẽ cor pharaonis nec audiuit eos sic̃ pcepat dñs. Auertitq3 se ⁊ ingressus ẽ domũ suã: nec apposuit cor etiã hac vice. Foderũt aũt cũs egyptij p circuitũ fluis aquã ut bibĕrẽt. Nõ enĩ poterant bibere aquã fluis. Impletiq3 sũt septẽ dies postq̃ pcussit dñs fluuiũ.

VIII

Dixit q3 dñs ad moysen: Ingredere ad pharaonẽ. ⁊ dices ad eũ: Hec dicit dñs: Dimitte populũ meũ ut sacrificet mihi. Si aũt nolueris dimittere ecce ego percutiã cũs termios tuos ranis: ⁊ ebulliet fluui9 ranas q̃ ascẽdẽt ⁊ ingredientť domũ tuã ⁊ cubiculũ lectuli tui. ⁊ super stratũ tuũ. ⁊ in domos seruoȝ tuoȝ ⁊ in populum tuũ ⁊ i furnos tuos ⁊ i reliq̃as cibor̃ tuoȝ. ⁊ ad te ⁊ ad populũ tuũ ⁊ ad cũs seruos tuos intrabunt rane. Dixitq3 dñs ad moysen: Dic ad aaron: Extẽde manũ tuã sup fluuios ⁊ sup riuos ⁊ paludes. ⁊ educ ranas sup tr̃ã egypti. Et extẽdit aaron manũ sup aq̃s egypti ⁊ ascẽderũt rane. opuerũtq3 tr̃ã egypti. Fecerũt aũt ⁊ malefici p incantationes

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

suas sīliter·eduxerūtq; ranas sup̄ terrā egypti. Vocauit aūt pharao moysen 7 aaron. 7 dixit eis: Orate dñm ut auferat ranas a me 7 a pp̄lo meo: 7 dimittam pp̄lm ut sacrificet dño. Dixitq; moyses ad pharaonē: Cōstitue mihi qñ̄ oēprecer p̄ te 7 pro seruis tuis 7 pro populo tuo: ut abigantur rane a te. 7 a domo tua. 7 a seruis tuis. 7 a populo tuo: 7 tm̄ in flumine remaneāt. Qui respondit: Cras. At ille iuxta inquit verbum tuū facia·ut scias qm̄ nō est sicut dñs de⁹ nr̄. 7 recedēt rane a te: 7 a domo tua. 7 a fuis tuis· 7 a pp̄lo tuo. 7 tm̄ in flumine remanebunt. Egressiq; sūt moyses 7 aaron a pharaone· 7 clamauit moyses ad dñm p̄ sp̄osicē ranaq; quā cōdixerat pharaoni. Fecitq; dñs iuxta ꝟbū moysi: 7 mortue sūt rane de domib⁹. 7 de villis. 7 de agris. Cōgregauerūtq; eas i imensos aggeres: 7 cōputruit tra. Videns aūt pharao q̄ data eēt req̄es·igrauauit cor suū 7 nō audiuit eos sic p̄cepat dñs. Dixitq; dñs ad moysen: Loqre ad aaron: Extende virgam tuā 7 pcute puluerē tre. 7 sint cynifes in vniuersa tra egypti. Fecerūtq; ita. Et extēdit aarō manū·ꝟgā tenēs·pculsitq; puluerē tre: 7 facti sūt cynifes i hoib⁹ 7 iumētis. Omis puluis tre versus est in cynifes p̄ totā trā egypti. Fecerūtq; siliter malefici incātationib⁹ suis ut educerēt cynifes: 7 nō potuerunt. Erātq; cynifes tam in hoib⁹ q̄ in iumētis. Et dixerūt malefici ad pharaonem. Digit⁹ dei hic. Induratūq; ē cor pharaōis 7 nō audiuit eos sicut p̄cepat dñs. Dixit q̄z dñs ad moysen. Cōsurge diluculo. 7 sta cora pharaone. Egredieē. n. ad aq̄s. Et dices ad eum: Hec dicit dñs: Dimitte pp̄lm meum ut sacrificet mihi. Q̄ si nō dimiseris eū: ecce ego mittā i te 7 in seruos tuos 7 i populum tuū 7 i domos tuas·oē gen⁹ muscaꝝ. 7 iplebūt̄ oēs domus egyptiorꝝ·muscis diuersi generis. 7 vniuersa tra i q̄ fuerit. Faciāq; mirabilē i die illa terrā iessen in q̄ pp̄s me⁹ est ut non sint ibi musce. 7 scias qm̄ ego dñs in medio terre: ponāq; diuisionē inē pp̄lm meū 7 populū tuū. Cras erit signū istud. Fecitq; dñs ita. Et vēit musca grauissima i domos pharaonis 7 seruoꝝ ei⁹ 7 i oēm terrā egypti corruptaq; est tra ab huiuscemodi muscis. Vocauitq; pharao moysen 7 aaron. 7 ait eis: Ite 7 sacrificate deo vr̄o i tra hac. Et ait moyses: Nō p̄t ita fieri. Abhominatice̅s. n. egyptioꝝ imolabimus dño deo nostro. Q̄ si mactauerim⁹ ea q̄ colūt egyptij cora eis lapidib⁹ nos obruēt. Viā triū dierū pgemus i solitudinē: 7 sacrificabim⁹ dño deo nr̄o sicut p̄cepit nob. Dixitq; pharao: Ego dimittam vos ut sacrificet dño deo vr̄o i deserto: verūtn̄ longi⁹ ne abeatis. Rogate p̄ me. Et ait moyses: Egressus a te orabo dñm: 7 recedet musca a pharaōe 7 a fuis suis 7 a populo ei⁹ cras. Verūm̄ noli vltra fallē: ut nō dimittas populū sacrificare dño. Egressusq; moyses a pharaone·orauit dñm. Qui fecit iuxta ꝟbū illi⁹. 7 abstulit muscas a pharaone 7 a seruis suis 7 a pp̄lo ei⁹. Nō supfuit nec vna q̄dē. Et ingrauatū ē cor pharaōis ita ut nec hac q̄dē vice dimittēt pp̄lm.

IX

Dixit aut̄ dñs ad moysen: Ingrede ad pharaonē. 7 loqre ad eū: Hec dicit dñs de⁹ hebreorū: Dimitte pp̄lm meū ut sacrificet mihi. Q̄ si adhuc renuis 7 retines eos: ecce man⁹ mea erit sup agros tuos. 7 super equos. 7 asinos. 7 camelos. 7 oues. 7 boues: pest̄ valde grauis. Et faciet dñs mirabile inter possessiones isr̄l 7 possessiones egyptiorū: ut nil oio pereat ex bis q̄ ptinēt ad filios isr̄l. Cōstituitq; dñs tēpus dicēs: Cras faciet dñs ꝟbū istud in tra. Fecit q̄ dñs ꝟbū h̄ alta die: 7 mortua sunt oia aiantia egyptiorꝝ. De aialib⁹ aūt filiorū isr̄l nihil oio perijt. Et misit pharao ad videndū nec erat quicq̄ mortuū de bis q̄ possidebat isr̄l. Ingūatūq; ē cor pharaōis. 7 nō dimisit pp̄lm. Et dixit dñs ad moysen 7 aaron: Tollite plenas man⁹ cineris de camino. 7 spgat illū moyses in celū coram pharaone: sitq; puluis sup̄ oēm trā egypti. Erunt. n. in hoib⁹ 7 iumētis vlcera 7 vesice turgētes: in vniūsa tra egypti. Tuleruntq; cinerē de camino 7 steterūt cora pharaone. 7 sparsit illū moyses in celū. Factaq; sūt vlcera vesicarū turgentiū i hoibus 7 iumentis: nec poterant malefici stare cora moyse, pter vlcera q̄ i illis erant. 7 in oi terra egypti. Indurauitq; dñs cor pharaōis. 7 nō audiuit eos sicut locut⁹ ē dñs ad moysen. Dixit q̄z dñs ad moysen: Mane psurge 7 sta coram pharaone. 7 dices ad eū: Hec dicit dñs de⁹ hebreorꝝ: Dimitte populū meū ut sacrificet mihi: quia in hac vice mittam oēs plagas meas sup̄ cor tuū 7 sup̄ fuos tuos. 7 sup̄ pp̄lm tuū ut scias q̄ nō sit silis mei i oi tra. Nūc. n. extēdēs

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

manū·ꝑcutiā te ⁊ ꝑp̄lm tuū pēste·ꝑribiſq; de ęra. Idcirco aūt poſui te ut oſtendam i te fortitudinem meā. ⁊ narret nomē meū in oi ęra. Adhuc retines p̄p̄lm meū. ⁊ nō vis eū dimittē? En pluā cras hac ipſa hora grādinē multā nimis: q̄lis nō fuit i egypto a die q̄ fūdata ē vſq; i p̄ſens tēp⁹. Mitte g̃ iā nūc ⁊ congrega iumēta tua ⁊ oia q̄ habes i agro. Homines.n. ⁊ iumēta ⁊ vniuerſa q̄ inuēta fuerint foris·nec congregata de agris: cecideritq; ſup ea grando·morient. Qui timuit verbū dñi de ꝓuis pharaōis·fecit cōfugere ꝓuos ſuos ⁊ iumēta i domos: q̄ aūt neglexit ſermonē dñi: dimiſit ꝓuos ſuos ⁊ iumēta i agris. Et dixit dñs ad moyſen: Extēde manū tuā in celū·ut fiat grando i vniuerſa ęra egypti ſup homines ⁊ ſup iumēta ⁊ ſup omnē herbam agri in terra egypti. Extēditq; moyſes virgam i celū. ⁊ dñs dedit tonitrua ⁊ grandinē ac diſcurrentia fulgura ſup terram. Pluitq; dñs grandinē ſup terrā egypti. ⁊ grando ⁊ ignis mixta pariter ferebātur. Tanteq; fuit magnitudinis·quāta añ nunq̄ apparuit in vniūſa ęra egypti ex q̄ gens illa cōdita ē. Et pcuſſit grādo in oi ęra egypti cūcta q̄ fuerūt in agris ab homine vſq; ad iumentū. Cunctāq; herbā agri pcuſſit grando. ⁊ oē lignū regionis cōfregit. Tm̄ in terra ieſſen vbi erant filij iſrl̄. grādo nō cecidit. Miſitq; pharao ⁊ vocauit moyſen ⁊ aaron·dicēs ad eos: Peccaui etiā nūc. Dñs iuſt⁹. ⁊ ego ⁊ popul⁹ meus impij. Orate dñm·ut deſināt tonitrua dei ⁊ grando: ut dimittā vos. ⁊ nequaq̄ hic vltra maneatis. Dixit moyſes: Cū egreſſus fuero de vrbe·extēdā palmas meas ad dñm. ⁊ ceſſabūt tonitrua ⁊ grādo nō erit: ut ſcias quia dñi ē ęra. Noui aūt q̄ ⁊ tu ⁊ ſerui tui necdū timeatis dñm deū. Linū g̃ ⁊ ordeū leſū eſt. eo q̄ ordeū eēt virens. ⁊ linū iam folliculos germinaret. Triticū aūt ⁊ far nō ſūt leſa·qa ſerotina erāt. Egreſſuſq; moyſes a pharaone ex vrbe·tetendit man⁹ ad dñm. ⁊ ceſſauerūt tonitrua ⁊ grādo: nec vltra ſtillauit pluuia ſup terrā. Videſ aūt pharao q̄ ceſſaſſet pluuia ⁊ grādo ⁊ tonitrua·auxit pctm̄. ⁊ ingrauatū eſt cor ei⁹ ⁊ ſeruor illi⁹ ⁊ induratū nimis nec dimiſit iſrl̄ ſicut p̄ceperat dñs per manum moyſi.

X

Et dixit dñs ad moyſen: Ingredere ad pharaonē. Ego.n. induraui cor ei⁹ ⁊ ſeruorū illi⁹ ut faciā ſigna mea hec i eo. ⁊ narres in auribꝰ filij tui ⁊ nepotū tuorū·q̄tiēs ꝓtriueri egyptios ⁊ ſigna fecerim i eis. ⁊ ſciatis q̄a ego dñs. Introierūt g̃ moyſes ⁊ aaron ad pharaonē. ⁊ dixerūt ei: Hec dicit dñs deus hebreoꝝ: Uſq; q̄ nō vis ſubijci mihi? Dimitte popul⁹ meus ut ſacrificet mihi. Alioquin ſi adhuc refugis ⁊ nō vis dimittē eos: ecce ego inducā cras locuſtā i fines tuos que operiet ſuperficiē terre·ne q̄q; ei⁹ appareat ꝙ comedat q̄ reſiduū fuit grādini. Corro/ret enī oia ligna q̄ germināt i agris. ⁊ impleb̄ut domos tuas ⁊ ſeruoꝝ tuoꝝ ⁊ oiuꝫ egyptiorū: quātā nō viderūt patres tui ⁊ aui eor q̄ orti ſūt ſup terrā vſq; in p̄ntē die. Auertitq; ſe ⁊ egreſſus ē a pharaone. Dixerūt aūt ſui pharaonis ad eū: Uſq; q̄ patiemur hoc ſcādalū? Dimitte homines ut ſacrificēt dño deo ſuo. Adhuc vides q̄ pierit egyptus? Reuocauerūtq; moyſen ⁊ aaron ad pharaonem. Qui dixit eis: Ite· ſacrificate dño deo vro. Quinā ſūt q̄ ituri ſunt? Ait moyſes: Cū puulis nr̄is ⁊ ſenioribꝰ pgemꝰ: cū filijs ⁊ filiabꝰ·cū ouibꝰ ⁊ armētis. Eſt.n. ſolēnitas dñi dei nr̄i Et rādit pharao: Sic dñs ſit vobiſcū. Quō ego dimittā vos ⁊ puulos vr̄os·cui dubiū ē q̄ peſſime cogitetis? Non fiat ita: ſed ite tm̄ viri ⁊ ſacrificate dño. Hoc.n. ⁊ ipſi petiſtis Statimq; eiecti ſūt de ꝓſpectu pharaonis. Dixit aūt dñs ad moyſen: Extende manū tuā ſup terrā egypti ad locuſtā ut aſcendat ſup ęrā ⁊ deuoret cūcta herbā q̄ reſidua fuit grādini. Et extendit moyſes virgā ſup ęrā egypti. ⁊ dñs induxit ventū vrentē tota die illa ⁊ nocte. Et mane facto: ventus vrens leuauit locuſtas. Que aſcēderūt ſup vniuerſam terrā egypti. ⁊ ſederūt i cūctis finibus egyptioꝝ innumerabiles: quales añ illud temp⁹ nō fuerāt nec poſtea future ſūt. Operuerūtq; vniuerſam ſuperficiē ęre vaſtātes oia. Deuorata ē igit̄ herba ęre. ⁊ q̄cq̄d pomoꝝ in arboribꝰ fuit q̄ grādo dimiſerat. Nihil oō viride relictū ē in lignis ⁊ i herbis ęre: i cuncta egypto. Quāobrē·feſtinꝰ pharao vocauit moyſen ⁊ aaron. ⁊ dixit eis: Peccaui in dñm deum vr̄m ⁊ in vos. Sed nūc dimittite pctm̄ mihi etiā hac vice. ⁊ rogate dñm deū vr̄m ut auferat a me mortē iſtā. Egreſſuſq; ē moyſes de ꝓſpectu pharaōis. ⁊ orauit dñm Qui flare fecit ventū ab occidēte validiſſimū. ⁊ arreptā locuſtā, piecit in mare rubrū. Nō remanſit nec vna q̄dē i cūctis finib⁹

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

egypti. Et idurauit dñs cor pharaonis nec dimisit filios isrl. Dixit aũt dñs ad moysen Extẽde manũ tuã i celũ. ꝛ sint tenebre super terram egypti: tam crense ut palpari queãt. Extẽditq; moyses manũ i celũ. ꝛ facte sunt tenebre horribiles in vniuersa terra egypti. Trib⁹ diebus nemo vidit frẽm suũ: nec mouit se de loco in q̃ erat. Ubicũq; aũt habitabãt filij israel lux erat. Vocauitq; pharao moysen ꝛ aaron. ꝛ dixit eis: Ite sacrificate dño. Oues tm̃ vre ꝛ armẽta remaneãt paruuli vri eant vobiscũ. Ait moyses: Hostias q̃ ꝛ holocausta dabis nob: q̃ offeram⁹ dño deo nro. Cũcti greges pgẽt nobiscũ. Nõ remanebit ex eis vngula q̃ necessaria sũt i cultũ dñi dei nri: pserti cũ ignoremus q̃d debeat immolari: donec ad ipsũ locũ ꝑueniamus. Indurauit aũt dñs cor pharaõis. ꝛ noluit dimittere eos. Dixitq; pharao ad moysen: Recede a me. ꝛ caue ne vltra videas faciẽ meã. Quocũq; die apparueris mihi morieris Respondit moyses: Ita fiat ut locut⁹ es. Nõ videbo vltra faciẽ tuam. XI

Dixit aũt samuel ad vniuersum isrl: Ecce audiui vocem vram iuxta oia q̃ locuti estis ad me. t constitui sup vos regẽ. Et nũc rex gradit añ vos. Ego aũt senui t incanui. Porro filij mei vobiscũ sunt. Itaq; cõuersat⁹ corã vob ab adolescẽtia mea vsq; ad hãc diẽ ecce ppsto sũ. Loqmini de me corã dño t corã xp̃o ei⁹. vtr̃ bouem cuius q̃ tulerim aut asinũ. si quẽq̃ calũniat⁹ sum. si oppressi aliquẽ. si de manu cuiusq̃ munus accepi. t ptemnã illud hodie restituãq; vobis Et dixerũt: Nõ es calũniatus nos. neq; oppressisti. neq; tulisti de manu alicui⁹ quippiã Dixitq; ad eos: Testis est dñs aduersũ vos t testis christus eius in die hac: qa non inueneritis i manu mea quippiã. Et dixerunt: Testis. Et ait samuel ad ppl'm: Dñs q̃ fecit moysen t aaron. t eduxit pres nros de terra egypti. adest. Nũc g̃ state ut iudicio contendam aduersũ vos corã dño. de omnib⁹ misericordijs dñi q̃s fecit vobiscũ t cũ patrib⁹ vris. quõ iacob ingressus ẽ in egyptũ. t clamauerũt pres vri ad dñm. t misit dñs moysen t aaron. t eduxit pres vros de egypto. t collocauit eos i loco hoc. Qui obliti sũt dñi dei sui. t tradidit eos in manus sysare mgri militie asor. t i manu philistinor. t i manu regis moab. t pugnauerũt aduersũ eos. Postea aũt clamauerũt ad dñm t dixerũt: Peccauim⁹: quia dereliquim⁹ dñm. t seruiuim⁹ baalim t astaroth. Nũc g̃ erue nos de mãu inimicor nror. t seruiemus tibi. Et misit dominus hierobaal t badan t barach t iepte t samuel. t eruit vos de manu inimicor vror p circuitũ. t habitastis confidenter. Videntes aũt q̃ naas rex filior ãmon venisset aduersũ vos: dixistis mihi. neq̃q̃: s rex iperabit nobis. cũ dñs de⁹ vester regnet i nobis Nũc g̃ ppsto ẽ rex vester quẽ elegistis t petistis. Ecce dedit vob dñs regẽ. Si timueritis dñm t seruieritis ei. t audieritis vocẽ ei⁹. t nõ exasperaueritis os dñi. eritis t vos t rex q̃ ipe rat vob sequẽtes dñm deũ vrm. Si aũt non audieritis vocẽ dñi. sed exasperaueritis sermones ei⁹. erit man⁹ dñi sup vos t sup pres vestros. Sed t nũc state t videte rem istã grandem quã factur⁹ ẽ dñs i cõspectu vro. Nunqd nõ messis tritici ẽ hodie? Inuocabo dñm t dabit voces t pluuias. t scietis t videbitis qa grãde malũ feceritis vobis i cõspectu dñi petẽtes sup vos regem. Et clamauit samuel ad dñm. t dedit dñs voces t pluuias in illa die. Et timuit ois populus nimis dñm t samuelẽ. Et dixit vniuersus ppl'us ad samuelem. Ora pro seruis tuis ad dñm deũ tuũ ut non moriamur. Addidim⁹ enim. vniuersis peccatis nostris malũ. ut peterem⁹ nobis regẽ. Dixit autem samuel ad ppl'm. Nolite timere. Vos fecistis vniuersũ malũ hoc. Verũtñ nolite recedẽ a tergo dñi. sed seruite dño in omni corde vestro. t nolite declinare p⁹ vana que nõ pderũt vob. neq; eruẽt vos: qa vana sũt t nõ derelinquet dñs ppl'm suũ ppter nomẽ suũ magnũ. qa iurauit dñs facẽ vos sibi populũ. Absit aũt a me hoc pctm̃ i dño ut cessem orare p vob. t docebo vos viã bonã t rectã Igit timete dñm. t seruite ei i vitate. t ex toto corde vro. Vidistis enim magnifica q̃ i vobis gesserit dñs. Quod si pseueraueritis in malitia: t vos t rex vester pariter peribitis. XIII

Filius vni⁹ ãni erat saul cũ regnare cepisset: duob⁹ autẽ annis regnauit sup isrl. Et elegit sibi saul tria milia de isrl. Et erãt cũ saul duo milia i machmas t in monte bethel. mille aũt cũ ionatha i gabaa beniamin. Porro certerũ ppl'm remisit vnũquẽq; i tabnacula sua. Et percussit ionathas stationẽ philistinor que erat in gabaa. Quod cũ audissent philistijm. saul cecinit buccina in oi tra dicẽs: Audiãt hebrei. Et vniuersus isrl audiuit huiuscemodi famã: percussit saul stationẽ philistinorũ. Et erexit se isrl aduersus philistijm. Clamauit ergo ppl's p⁹ saul i galgala. t philistijm congregati sunt ad preliandũ cũ isrl. triginta milia curruũ. t sex milia eqtũ. t reliquũ vulg⁹ sicut arena q̃ est i littore maris plurima. Et ascẽdẽtes castrametati sũt i machmas ad orientẽ bethauen. Quod cũ vidissent viri isrl sei arto positos: afflictus. n. erat ppl'us. absconderunt se in speluncis t in abditis. in petris q̃q; t i antris t m

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cisternis. Hebrei aũt transierunt iordanẽ in trã gad ⁊ galaad. Cũq; adhuc eẽt sauli gal. gala uniuersus ꝑplus ꝑterrit⁹ ẽ q̃ seq̃bat eũ Et expectauit septẽ diebus iuxta placitũ samuelis. ⁊ nõ venit samuel in galgala. Dilapsusq; ẽ ꝑplus ab eo. Dixit q̃ saul: Afferte mihi holocaustum ⁊ pacifica. Et obtulit holocaustũ. Cũq; cõpleuisset offerens holocaustũ ecce samuel veniebat. Et egressus est saul obuiã ei ut salutaret eũ. Locutusq; ẽ ad eũ samuel Quid feci sti? Rñdit saul. Quia vidi q̃ populus dilaberet a me. ⁊ tu nõ venisti iuxta placitos dies. Porro philistiim cõgregati fuerant in machmas. dixi: Nũc descendẽt philistiim ad me in galgala. ⁊ faciẽ dñi nõ placaui. Necessitate cõpulsus: obtuli holocaustũ dño. Dixitq; samuel ad saul: Stulte egisti: nec custodisti mandata dñi dei tui que ꝑcepit tibi. Nõ si nõ fecisses: iã nũc ꝑparasset dñs regnũ tuũ sup̃ isrł in sempiternũ. Sed nequaq̃ regnũ tuũ vltra cõsurget. Quesiuit dñs sibi virũ iuxta cor suũ. ⁊ ꝑcepit ei dñs ut esset dux sup̃ ꝑplm suũ. eo q̃ nõ seruaueris que ꝑcepit dñs. Surrexit aũt samuel. ⁊ ascendit de galgalis i gabaa beniamin. Et reliq̃ ꝑpli ascenderũt p⁹ saul obuiã ꝑplo q̃ expugnabãt eos: venietes de galgalai gabaa i colle beniamin. Et recensuit saul ꝑplm q̃ inuẽti fuerãt cũ eo q̃si sexcẽtos viros. ⁊ saul ⁊ ionathas fili⁹ ei⁹ ꝑplusq; q̃ inuent⁹ fuerat cũ eis erat in gabaa beniamin. Porro philistiim consederant in machmas. Et egressi sũt ad ꝓliãdũ de castris philistinox tres cunei. Unus cune⁹ pgebat ꝓ viã effraim ad terrã saul. Porro ali⁹ igrediebat ꝑ viã bethoron. Terti⁹ aũt verterat se ad iter termini i ẽra sabaa iminẽtis vallis seboim ꝓ desertũ. Porro faber ferrarius nõ inueniebat in oi terra isrł. Cauerant. n. philistiim: ne forte facerẽt hebrei gladiũ aut lanceam. Descendebat q̃ oĩs isrł ad philistiim ut acueret vnusq̃sq; vomerẽ suũ ⁊ ligonẽ ⁊ securim ⁊ tridẽtẽ ⁊ sarculũ. Retuse itaq; erant acies vomerũ ⁊ ligonũ ⁊ tridẽtiũ ⁊ securiũ vsq; ad stimulũ corrigẽdũ. Cũq; venisset dies ꝓlij nõ est inuẽt⁹ ensis ⁊ lãcea i manu toti⁹ ꝑpli q̃ erat cũ saul ⁊ ionatha. exceptis saul ⁊ ionatha filio ei⁹. Egressa ẽ aũt statio philistiim ut trãscẽderet in machmas. XIIII

Factum est autem die quadã ut diceret ionathas filius saul ad adolescentẽ armigerũ suũ. Veni ⁊ transeam⁹ ad stationem philistinox q̃ ẽ trans locũ illũ. Patri aũt suo nõ indicauit. Porro saul morabat in extrema ꝑte gabaa sub malogranato q̃ erat i agro gabaa. Et erat ꝑplus cum eo q̃si sexcẽtox virox. Et achias fili⁹ achitob fris ichabod filij phinees q̃ ort⁹ fuerat ex heli sacerdote dñi in silo portabat ephot. Sed ꝑplus ignorabat q̃ isset ionathas. Erãt aũt inter ascẽsus ꝑ quos nitebat ionathas trãsire ad stationem philistinorũ eminentes petre ex vtraq; ꝑte. ⁊ q̃si in modũ ventiũ scopuli hinc inde ꝓrupti. Nomẽ vni bosez. ⁊ nomẽ alteri sene. Un⁹ scopul⁹ ꝓminẽs ad aq̃lonẽ ex aduerso machmas. ⁊ alter ad meridiẽ ꝓ gabaa Dixit aũt ionathas ad adolescẽtẽ armigerũ suũ. Veni trãseam⁹ ad stationẽ icircũcisorũ horx. si forte faciat dñs ꝑ nobis. q̃a nõ ẽ dño difficile saluare uel i multis uel i paucis. Dixitq; ei armiger su⁹. Fac oia q̃ placẽt aio tuo Perge q̃ cupis. ⁊ ero tecũ vbicũq; volueris. Et ait ionathas. Ecce nos trãsim⁹ ad viros istos. Cũq; apparuerim⁹ eis. si taliter locuti fuerint ad nos. manete donec veniamus ad vos: stem⁹ i loco nro: nec ascẽdam⁹ ad eos. Si aũt dixerit ascẽdite ad nos: ascẽdam⁹ ad eos: q̃a tradidit eos dñs in manib⁹ nostris. Hoc erit nob signũ. Apparuit igit vterq; stationi philistinorũ. Dixerũtq; philistiim. En hebrei egrediũt de cauernis i q̃b⁹ absconditi fuerãt. Et locuti sũt viri de statione ad ionathan ⁊ ad armigerũ ei⁹. dixerũtq;. Ascẽdite ad nos. ⁊ oñdem⁹ vob rem. Et ait ionathas ad armigerx suũ: Ascẽdamus. Sequere me. Tradidit. n. dñs eos i man⁹ isrł. Ascẽdit ãt ionathas mãib⁹ ⁊ pedib⁹ reptãs. ⁊ armiger eius p⁹ eũ. Itaq; cũ vidissent faciẽ ionathe: alij cadebãt añ ionathan: alios armiger ei⁹ interficiebat sequẽs eũ. Et facta ẽ plaga ꝓma quã percussit ionathas ⁊ armiger ei⁹ q̃ viginti virox: i media ꝑte iugeris. quã par boũ i die arare ꝓsueuit. Et factũ ẽ miraculũ in castris ⁊ ꝑ agros. Sed ⁊ ois ꝑplus statiõis eox q̃ ierãt ad ꝓdandũ obstupuit. ⁊ cõturbata sũt castra. Et accidit q̃si miraculũ a deo. Et respexerũt speculatores saul q̃ erãt in gabaa beniamin. ⁊ ecce multitudo ꝓstrata. ⁊ huc illucq; diffugiens. Et ait saul ꝑplo q̃ erat cũ eo. Requirite ⁊ videte q̃s abierit ex nob. Cũq; requisissent: reptũ ẽ nõ adesse ionathan ⁊ armigerx eius. Et ait saul ad achiam. Applica archam dñi. Erat. n. ibi archa dñi in die illa

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

eũ filijs ifrl. Cũq; loq̃ret saul ad sacerdotẽ: tumult⁹ magn⁹ exort⁹ ẽ i castr philistinorũ. Crescebatq; paulati. ⁊ clari⁹ resonabat. Et ait saul ad sacerdotẽ. Contrahe manũ tuã. Cõclamauit g̃ saul ⁊ ois pp̃lus q̃ erat cũ eo ⁊ venerũt vsq; ad locũ certaminis. Et ecce ꝟsus fuerat gladi⁹ vniuscuiusq; ad primũ suũ. ⁊ cedes magna nimis. Ez ⁊ hebrei qui fuerãt cum philistijm heri ⁊ nudius tertius ascenderantq; cũ eis in castris reuersi sũt ut eẽnt cũ isrl ⁊ his qui erãt cũ saul ⁊ ionatha. Omnes q̃z israelite q̃ se abscõderãt i mõte effraim audientes q; fugissent philistei: sociauerũt se cũ suis i p̃lio. Et erãt cũ saul q̃si xxcẽ milia viroꝝ. ⁊ saluauit dñs xus israhel in die illa. Pugna aũt pduit vsq; ad bethauen. Et viri isrl sociati sũt sibi in die illa. Adiurauit aũt saul pp̃lm dicẽs: Maledict⁹ vir q̃ comederit panẽ vsq; ad vesperã donec vlciscar de inimicis meis. Et non manducauit vniuersus pp̃lus panẽ. Omnisq; ẽre vulg⁹ venit i saltũ: i q̃ erat mel sup faciẽ agri. Ingressus ẽ itaq; pp̃lus saltũ. ⁊ apparuit fluẽs mel: nullusq; applicuit manũ ad os suũ. Timebat n. pp̃lus iuramẽtũ. Porro ionathas nõ audierat cũ adiuraret pat ei⁹ pp̃lm. Extenditq; sũmitatẽ ꝟge quã habebat i manu ⁊ intinxit in fauũ mellis. Et cõuertit manũ suã ad os suũ. ⁊ illuminati sũt oculi ei⁹. Respondensq; vn⁹ de pp̃lo ait: Jureiurãdo constrinxit pat tuus pp̃lm dicẽs: Maledict⁹ vir q̃ comederit panẽ hodie. Defecerat autẽ populus. Dixitq; ionathas. Turbauit pr̃ me⁹ terrã. Vidistis ipsi quia illuminati sũt oculi mei eo q; gustauerim paululũ de melle isto: quanto magis si comedisset pp̃lus de p̃da inimicoꝝ suoꝝ quã reppit? Nonne maior plaga facta fuisset i philistijm? Percusserunt g̃ i die illa philisteos a machmis vsq; i bailon Defatigat⁹ ẽ aũt pp̃ls nimis. ⁊ ꝟsus ad p̃dã tulit oues ⁊ boues ⁊ vitulos. ⁊ mactauerũt i ẽra. Comeditq; pp̃lus cũ sanguine. Nũciauerũt autẽ sauli dicentes q; popul⁹ peccasset dño comedẽs cũ sanguine. Qui ait. Preuaricati estis. Voluite ad me iam nũc saxum grande. Et dixit saul: Dispgamini i vulgus ⁊ dicite eis ut adducat ad me vnusq̃sq; bouẽ suũ ⁊ arietẽ. ⁊ occidite sup istud. ⁊ vescimini ⁊ non peccabit dño comedẽtes cum sanguine. Adduxit itaq; ois pp̃lus vnusq̃sq; bouẽ in manu sua vsq; ad noctẽ. ⁊ occiderũt ibi.

Edificauit aũt saul altare dño. Tunc q; primum cepit edificare altare dño. Et dixit saul. Irruam⁹ sup philisteos nocte. ⁊ vastemus eos vsq; dũ illucescat mane: nec relinquam⁹ ex eis virũ. Dixitq; pp̃lus: Omne q̃d bonũ tibi videtur i oculis tuis fac. Et ait sacerdos. Accedam⁹ huc ad dm̃. Et consuluit saul dñm dicẽs: Nũ psequar philistijm? Si trades eos i manu isrl? Et nõ rndit ei i die illa. Dixitq; saul: Applicate huc vniuersos angulos pp̃li. ⁊ scitote ⁊ videte p quẽ acciderit hoc pctm̃ hodie. Viuit dñs saluator isrl: qa si p ionathan filiũ meũ factũ ẽ. absq; retractatione morietr. Ad q̃d null⁹ cõtradixit ei de oi pp̃lo. Et ait ad vniuersũ isrl: Separamini vos in partẽ vnam. ⁊ ego cũ ionatha filio meo ero i pte altera. Rndit q; pp̃lus ad saul: Q̃d bonũ tibi videtur in oculis tuis fac. Et dixit ad dñm deũ isrl. Dñe deus isrl da iudiciũ: q̃d est q; non rndeꝛ seruo tuo hodie? Si in me aut i ionatha filio meo est iniq̃tas hoda ostensionẽ. Aut si hec iniq̃tas ẽ i populo tuo da scitatẽ. Et deprehensus est ionathas ⁊ saul: pp̃lus autẽ exiuit. Et ait saul: Mittite sortẽ inr me ⁊ inter ionatham filiũ meum. Et capt⁹ ẽ ionathas. Dixit aũt saul ad ionathã Indica mihi q̃d feceꝛ. Et indicauit ei ionathas. ⁊ ait: Gustãs gustaui in sũmitate ꝟge q̃ erat in manu mea paululũ mellis. Et ecce ego moꝛioꝛ? Et ait saul: Hec faciat mihi de⁹ ⁊ hec addat: q̃a morte morieris ionatha. Dixitq; popul⁹ ad saul: Ergo ne ionathas morietr q̃a fecit salutẽ hanc magnã in isrl? Hoc nephas ẽ. Viuit dñs: si ceciderit capill⁹ de capite ei⁹ in ẽrã: q̃a cũ deo operat⁹ ẽ hodie. Liberauit g̃ pp̃lus ionatham ut nõ moꝛeretr. Recessitq; saul: nec psecut⁹ ẽ philistijm. Porro philistijm abierũt i loca sua. Et saul ꝓfirmato regno sup isrl pugnabat p circuitum aduersũ oẽs inimicos ei⁹. ꝯ moab ⁊ filios ammon ⁊ edom ⁊ reges soba ⁊ philisteos. ⁊ q̃cũq; se verterat superabat. Cõgregatoq; exercitu pcussit amalech. ⁊ eruit isrl de manu vastatoꝝ eius. Fuerũt aũt filij saul: ionathas ⁊ iesui ⁊ melchisua. Et noia duaꝝ filiaꝝ eius nomẽ ꝑmogenite merob. ⁊ nomen minoris michol. ⁊ nomẽ vxoris saul achinoem filia achimaas. Et nomẽ ꝓncipis militie ei⁹ abner filius ner: patruelis saul. Porro cis fuit pat saul. ⁊ ner pat abner filij⁹ abiel. Erat aũt belũ potens aduersũ philisteos: omnibus

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

dieb⁹ saul. Nam quęcūq; viderat saul virū fortē ⁊ aptū ad prelīū·sociabat eū sibi. XV

ET dixit samuel ad saul: Me misit dñs ut vngerē te in regem sup̄ ꝑplm eius isrł. Nūc ḡ audi vocē dñi. Hec dicit dñs exercituū. Recensui quecūq; fecit amalecb israbeli quō restitit ei i via cū ascē/dęret de egypto. Nūc ḡ vade ⁊ pcute amalecb. ⁊ demolire vniuersa ei⁹. Nō parcas ei ⁊ nō cōcupiscas ex reb⁹ ipsi⁹ aliq̄d·ꝫ interfice a viro vsq; ad mulierem. ⁊ paruulū atq; lactantē·bouē ⁊ ouē·camelū ⁊ asinū. Precepit itaq; saul ꝑplo. ⁊ recensuit eos q̄si agnos ducenta milia pditū. ⁊ decem milia virorū iuda. Cūq; venisset saul vsq; ad ciuitatē amalecb: tetendit insidias in torrēte. Dixitq; saul cineo: Abite·recedite·atq; discedite ab amalecb: ne forte inuoluam te cū eo. Tu enī fecisti misericordiā cū oib⁹ filijs isrł: cū ascēderēt de egypto. Et recessit cine⁹ de medio amalecb. Percussitq; saul amalecb ab eula: donec venias sur q̄ est e regione egypti. Et apprehendit agag regē amalecb viuū. Omne aūt vulg⁹ interfecit i ore gladij. Et pepcit saul ⁊ ꝑplūs agag. ⁊ optimis gregibus ouiū ⁊ armentoꝝ ⁊ vestib⁹ ⁊ arietib⁹ ⁊ vniuersis que pulchra erāt·nec voluerūt dispdē ea. Quicquid ḡ vile fuit ⁊ reprobū: hoc demoliti sūt. Factū ē aūt ꝟbū dñi ad samuel dicēs: Penitet me q̄ constituerī saul regē·q̄a dereliq̄t me. ⁊ ꝟba mea ope nō impleuit. Cōtristatusq; ē samuel. ⁊ clamauit ad dñm tota nocte. Cūq; de nocte surrexisset samuel ut iret ad saul mane: nūciatū est samueli eo q̄ venisset saul in carmelū. ⁊ erexisset sibi fornicē triūphalē. ⁊ reuersus trāsisset: descēdissetq; i galgala. Venit ergo samuel ad saul. ⁊ saul offerebat holocaustū dño de initijs p̄dar̄ q̄ attulerat ex amalecb. Et cum venisset samuel ad saul·dixit ei saul: Benedict⁹ tu dño. Impleui ꝟbū dñi. Dixitq; samuel: Et que est hꝫ vox gregū q̄ resonat i aurib⁹ meis. ⁊ armentoꝝ quā ego audio? Et ait saul: De amalecb adduxerūt ea. Pepcit. n. ꝑplus meliorib⁹ ouib⁹ ⁊ armentis ut immolarēt dño deo tuo: reliqua ꝟo occidim⁹. Ait aūt samuel ad saul: Sine me ⁊ indicabo tibi q̄ locutus sit dñs ad me nocte Dixitq; ei: Loq̄re. Et ait samuel. Nonne cū paruul⁹ eēs i oculis tuis·caput in tribubus isrł factus es? Unxitq; te dñs i regē sup̄ isrł ⁊ misit te dñs i viam. ⁊ ait: Vade ⁊ interfice pctōres amalecb. ⁊ pugnabis ꝫ eos vsq; ad internitionē eoꝝ. Quare ḡ nō audisti vocē dñi: ꝫ versus ad p̄dā es. ⁊ fecisti malū i oculis dñi? Et ait saul ad samuelē. Immo audiui vocē dñi. ⁊ ambulaui i via ꝙ quam misit me dom⁹. ⁊ adduxi agag regē amalecb. ⁊ amalecb interfeci. Tulit aūt de p̄da ꝑplis oues ⁊ boues ꝓmitias eoꝝ que cesa sūt ut immolet dño deo suo in galgalis. Et ait samuel. Nūquid vult dom⁹ holocausta aut victimas ⁊ non potius ut nō obediatur voci domini? Melior ē. n. obediētia q̄ victime. ⁊ auscultare magis q̄ offerre adipem arietū·qm̄ q̄si pctm̄ ariolādi est repugnare. ⁊ quasi scelus idolatrie nolle acq̄escere. Pro eo ḡ q̄ abiecisti sermonem dñi: abiecit te dñs ne sis rex. Dixitq; saul ad samuelē: Peccaui: q̄a ꝓuaricatus sū sermonē dñi. ⁊ verba tua·timens ꝑplm. ⁊ obediēs voci eoꝝ. ꝫ nūc porta q̄so pctm̄ meū. ⁊ reuertere mecū ut adorē dñm. Et ait samuel ad saul: Non reuertar tecū·q̄a piecisti sermonem dñi. ⁊ piecit te dñs·ne sis rex sup̄ isrł. Et conuersus ē samuel ut abiret Ille aūt appḥēdit sūmitatē pallij ei⁹: que ⁊ scissa ē. Et ait ad eū samuel: Scidit dñs regnū isrł a te hodie. ⁊ tradidit illud ꝓximo tuo meliori te. Porro triūphator in isrł non parcet. ⁊ penitudine nō flectet. Neq; enim hō ē ut agat pniam. At ille ait: Peccaui. ꝫ nūc honora me coram senioribus ꝑpli mei ⁊ coram isrł. ⁊ reuertere mecū ut adorē dñm deū tuū. Reuersus ḡ samuel·secut⁹ ē saulē. Et adorauit saul dñm. Dixitq; samuel: Adducite ad me agag regē amalecb. Et oblatus ē ei agag pinguissim⁹ tremēs. Et dixit agag: Siccine separat amara mors? Et ait samuel: Sicut fecit absq; liberis mulieres gladius tuus: sic absq; liberis erit inter mulieres mat̄ tua. Et in frusta cōcidit eū samuel coram dño i galgalis. Abijt aūt samuel in ramatha: saul ꝟo ascēdit i domū suā i gabaa. Et non vidit samuel vltra saul vsq; i diē mortis sue. Verūtm̄ lugebat samuel saul: qm̄ dñm pnitebat q̄ cōstituisset regē saul sup̄ israbel. XVI

DIxitq; dñs ad samuelē. Usq;quo tu luges saul: cū ego ꝓiecerim eum ne regnet sup̄ isrł? Imple cornu tuū oleo. ⁊ veni ut mittā te ad isai bethleemiten. Prouidi enī i filijs eius mihi regem. Et ait samuel: Quō vadam? Audiet enī saul. ⁊ interficiet me. Et ait dñs: Vitulū de armento

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tolles i manu tua. ⁊ dices: Ad imolādū dño
ueni. Et uocabis isai ad victimā. Et ego oñ-
dā tibi q̄d facias. ⁊ vnges quēcūq; mōstra-
uero tibi. Fecit ḡ samuel sicut locutus est ei
dñs. Uenitq; in bethleē. Et āmirati sunt se-
niores ciuitatis occurrentes ei. Dixeruntq;:
Pacific⁹ ne ē ingressus tuus? Et ait: Pacifi-
cus. Ad imolandū dño veni. Scificamini:
⁊ venite mecū ut imolē. Scificauit ḡ isai ⁊
filios ei⁹. ⁊ vocauit eos ad sacrificiū. Cūq;
ingressi eēnt. vidit heliab ⁊ ait: Nū coraz̄ dño
ē chris⁹ ei⁹? Dixit dñs ad samuelē. Ne respi-
cias vultū ei⁹. neq; altitudinē stature eius
q̄m abieci eū. nec iuxta intuitū hois ego iu-
dico. Hō. n. videt ea q̄ parēt. dñs autē intuet
coz. Et vocauit isai aminadab ⁊ adduxit eū
coraz̄ samuel. Qui dixit: Nec hūc elegit dñs
Adduxit aūt isai samma. ⁊ q̄ ait: Etiā hūc
nō elegit dñs. Adduxit itaq; isai septē filios
suos coraz̄ samuel. Et ait samuel ad isai: Nō
elegit dñs ex istis. Dixitq; samuel ad isai:
Nūq̄d iam cōpleti sūt filij? Qui respondit:
Adhuc reliquus ē puul⁹. ⁊ pascit oues. Et
ait samuel ad isai: Mitte. ⁊ adduc eū. Nec
n. discumbem⁹ p̄us q̄s huc ille veniat. Misit
ḡ ⁊ adduxit eum. Erat aūt rufus ⁊ pulcher
aspectu. ⁊ decoraq; facie. Et ait dñs: Surge ⁊
vnge eū. Ipse est eni. Tulit ḡ samuel cornu
olei. ⁊ vnxit eū i medio fratrū ei⁹. Et directus
ē sp̄ūs dñi a die illa i dauid. ⁊ ꝛeiceps. Sur-
gensq; samuel abijt i ramatha. Sp̄ūs autē
dñi recessit a saul. ⁊ exagitabat eum sp̄ūs ne-
quā a dño. Dixerūtq; serui saul ad eū: Ecce
sp̄ūs dñi mal⁹ exagitat te. Jubeat dñs nr̄ rex
⁊ serui tui q̄ coraz̄ te sunt. q̄rent hoiem scientē
psallere cithara: ut q̄n arripuerit te sp̄ūs dñi
mal⁹. psallat manu sua. ⁊ leui⁹ feras. Et ait
saul ad seruos suos. Prouidete ḡ mihi ali-
quē hn̄ psallētē. ⁊ adducite eū ad me. Et re-
spondēs vn⁹ de pueris ait: Ecce vidi filiū isai
bethleemitē scientē psallē. ⁊ fortissimū robo-
re. ⁊ virū bellicosū. ⁊ prudentē i ꝛbis. ⁊ virū
pulchrū. ⁊ dñs ē cū eo. Misit ḡ saul nūcios
ad isai dicēs: Mitte ad me dauid filiū tuū
q̄ ē i pascuis. Tulit itaq; isai asinū plenū pa
nib⁹. ⁊ lagenā vini. ⁊ hedū de capris vnū. ⁊
misit per manū dauid filij sui sauli. Et venit
dauid ad saul. ⁊ stetit coraz̄ eo. At ille dilexit
eū nimis ⁊ fact⁹ ē ei⁹ armiger. Misitq; saul
ad isai dicēs: Stet dauid i cōspectu meo. In-
uenit. n. grām i oculis meis. Igitur q̄ncūq;
sp̄ūs dñi malus arripiebat saul dauid tolle-
bat citharam ⁊ p̄cutiebat manu sua. ⁊ refo-
cillabat saul. ⁊ leui⁹ habebat. Recedebat. n.
ab eo sp̄ūs malus.

XVII

Congregātes aūt philistijm agmina
sua i p̄liū. cōuenerūt in sochot iude:
⁊ castrametati sunt inē sochot ⁊ aze-
cha in finib⁹ domim. Porro saul ⁊ viri isra-
hel cōgregati. uenerūt in valle terebinthi. ⁊
direxerūt aciem ad pugnandū ꝯ philistijm.
Et philistijm stabant sup̄ montē ex p̄te hac:
⁊ isr̄l stabat sup̄ montē ex alt̄a p̄te: vallisq;
erat inē eos. Et egressus ē vir spuri⁹ de castris
philistinoz̄ noie goliath de geth: altitudis
sex cubitoz̄ ⁊ palmo. ⁊ cassis erea sup̄ caput
ei⁹. ⁊ lorica hamata induebat. Porro pōd⁹
lorice ei⁹ q̄nq; milia siclorz̄ eris erat. ⁊ ocre-
as ereas habebat i crurib⁹. ⁊ clypē⁹ ere⁹ te-
gebat hūeros ei⁹. Hastile aūt haste ei⁹ erat
q̄si liciatoriū texentiū. Ipsū autē ferrū haste
ei⁹ sexcētos siclos habebat ferri. Et armiger
ei⁹ ant̄cedebat eū. Stansq; clamabat adūsū
phalāgas isr̄l. ⁊ dicebat eis: Quare venist̄
parati ad p̄liū? Nūq̄d ego nō sū philisteus
⁊ vos serui saul? Eligite ex vobis virū. ⁊ de-
scēdat ad singulare certamē. Si q̄rit pu-
gnare mecū ⁊ p̄cusserit me: erim⁹ vob̄ serui.
Si aūt ego p̄ualuero ⁊ p̄cussero eū: vos ser-
ui eritis ⁊ seruiet̄ nobis. Et aiebat philiste⁹
Ego exprobraui agminib⁹ isr̄l hodie. Date
mihi virū. ⁊ ineat mecū singulare certamē.
Audiens aūt saul ⁊ oēs israhelite sermōes
philistei huiuscemodi. stupebāt ⁊ metuebant
nimis. Dauid aūt erat filij⁹ viri effratei de q̄
sup̄ dictū ē de bethleem iuda cui nomē erat
isai. q̄ habebat octo filios. ⁊ erat vir in diebus
saul senex ⁊ grādeu⁹ inē viros. Abierūt aūt
tres filij ei⁹ maiores p⁹ saul in p̄liū. Et noia
triū filiorū eius q̄ perrexerūt ad bellū: heliab
p̄mogenit⁹. ⁊ secund⁹ aminadab. tertij⁹ q̄s
samma. Dauid aūt erat mim⁹. Trib⁹ ḡ ma-
iorib⁹ secut̄ saulē: abijt dauid ⁊ reuersus ē
a saul ut pasceret gregē p̄ris sui i bethleem.
Procedebat ꝯo philesteus mane ⁊ vespere ⁊
stabat q̄dragīta dieb⁹. Dixit aūt isai ad da-
uid filiū suū: Accipe frib⁹ tuis ephi polente
⁊ decē panes istos. ⁊ curre in castra ad frēs
tuos. ⁊ decē formellas casei. has referes ad
tribunū. Et frēs tuos visitabis si recte agāt
⁊ cū q̄b⁹ ordinati sūt disce. Saul aūt ⁊ illi ⁊
oēs filij israbel i valle terebinthi pugnabāt

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

aduersum philistiim. Surrexit itaq; dauid mane.ꝛ cõmendauit gregẽ custodi ꝛ onust⁹ abiit sicut p̃cepat ei isai. Et venit ad locum magala ꝛ ad exercitũ:q̃ egressus ad pugnã vociferat⁹ erat i certamie. Direxerat.n. aciẽ isrl̃:ꝫ ꝛ philistiim ex aduerso fuerãt p̃parati Derelinquens g̃ dauid vasa q̃ attulerat sub mãu custodis ad sarcinas·cucurrit ad locũ certaminis.ꝛ interogabat si oĩa recte agerẽt erga frẽs suos.Cũq; adhuc ille loquerẽt eis apparuit vir ille spuri⁹ ascẽdẽs goliath noie philisteus de geth: de castris philistinoꝝ.Et loquẽte eo h̃ cadẽ ꝓba audiuit dauid.Dẽs aũt israhelite cũ vidissent virũ fugerũt a facie ei⁹·timẽtes eũ valde. Et dixit vnusquisq; ad virũ israhel: Nũ vidisti virũ hũc q̃ ascendit? Ad exprobrandũ.n. israhel ascẽdit. Virũ g̃ q̃ percusserit eũ·ditabit rex diuitijs magnis.ꝛ filiã suã dabit ei.ꝛ domũ p̃ris ei⁹ faciet absq; tributo i israhel. Et ait dauid ad viros q̃ stabãt secũ dicẽs:Quid dabit viro q̃ percusserit philisteũ hũc.ꝛ tulerit opprobriũ de israhel? Quis est eni hic philiste⁹ incircũcisus q̃ exprobrauit aciẽ dei viuẽtis? Referebat aũt ei ppl̃s eundem sermonẽ dicens: Hec dabunt viro qui percusserit eũ. Qõ cũ audisset heliab frat eius maior loquẽte eo cũ alijs:irat⁹ ẽ in dauid.ꝛ ait:Quare descendisti ꝛ q̃re dereliq̃sti pauculas oues illas in deserto? Ego noui superbiam tuã ꝛ neq̃tiã cordis tui: q̃a ut videres p̃liũ descẽdisti. Et dixit dauid.Quid feci? Nunq̃d nõ ꝓbũ est? Et declinauit paululũ ab eo ad aliũ. Dixitq; eũdẽ sermonẽ. Et respondit ei ppl̃s ꝓbũ sicut pri⁹. Audita sũt autẽ ꝓba q̃ locut⁹ ẽ dauid.ꝛ annũciata i ꝓspectu saul Ad quẽ cũ fuisset adduct⁹·locut⁹ ẽ ei. Non p̃cidat cor cuiusq; i eo. Ego seru⁹ tuus vadã ꝛ pugnabo aduersus philisteum. Et ait saul ad dauid. Nõ vales resistẽ philisteo isti nec pugnare aduersus eũ:q̃a puer es. Vic autẽ vir bellator ẽ ab adolescẽtia sua. Dixitq; dauid ad saul: Pascebat seru⁹ tu⁹ p̃ris sui gregẽ.ꝛ veniebat leo uel vrsus ꝛ tollebat arietem de medio greg̃.ꝛ p̃sequebar eos ꝛ percutiebã·eruebãq; de ore eorũ. Et illi consurgebãt aduersũ me.ꝛ apprehẽdebã mentũ eorũ ꝛ suffocabã interficiebãq; eos. Nã ꝛ leonẽ ꝛ vrsũ interfeci ego seru⁹ tuus.Erit igit̃ ꝛ philisteus hic incircũcisus q̃si vn⁹ ex eis. Nũc vadam.ꝛ auferã opprobriũ ppl̃i.Quis ꝫ ds ẽ iste philiste⁹ incircũcisus:q̃ ausus ẽ maledicere exercitui dei viuentis? Et ait dauid:Dñs q̃ eripuit me de manu leonis ꝛ de manu vrsi: ipse me liberabit de mãu philistei hui⁹. Dixit autẽ saul ad dauid:Vade ꝛ dominꝰ tecũ sit. Et induit saul dauid vestimentis suis.ꝛ imposuit galeã ereã sup caput eius.ꝛ vestiuit eũ lorica. Accinct⁹ g̃ dauid gladio ei⁹ sup vestẽ suam:cepit tẽptare si armat⁹ posset incedere. Non.n. habebat ꝓsuetudinẽ. Dixitq; dauid ad saul: Nõ possum sic incedẽ:q̃a nõ vsũ habeo. Et tulit baculũ suũ quẽ sp habebat in manib⁹.ꝛ elegit sibi q̃nq; lympidissimos lapides de torrẽte.ꝛ misit eos in peram pastoralẽ quã habebat secũ.ꝛ fundã manu tulit.ꝛ processit aduersum philisteũ. Ibat aũt philiste⁹ incedẽs.ꝛ approp̃quãs aduersũ dauid.ꝛ armiger ei⁹ ante eũ. Cũq; inspexisset eũ philisteus ꝛ vidisset dauid: despexit eũ. Erat aũt adolescens rufus ꝛ pulcher aspectu. Et dixit philisteus ad dauid: Nũq̃d ego canis sũ q̃ tu venis ad me cũ baculo? Et maledixit philisteus dauid in dijs suis. Dixitq; ad dauid:Veni ad me.ꝛ dabo carnes tuas volatilibus celi ꝛ bestijs terre. Dixit autẽ dauid ad philisteũ: Tu venis ad me cũ gladio ꝛ hasta ꝛ clypeo:ego autẽ venio ad te in noie dñi exercituũ dei agminũ israhel q̃b⁹ exprobrasti hodie.ꝛ dabit te dñs in manu mea.ꝛ p̃cutiã te.ꝛ auferã caput tuũ a te. Et dabo cadauera castroꝝ philistiim hodie volatilibus celi ꝛ bestijs terre·ut sciat oĩs terra·q̃a ẽ dñs de⁹ in israhel.ꝛ nouerit vniuersa ecclesia h̃ q̃a non in gladio nec hasta saluat dñs. Ipsi⁹ eni ẽ bellũ.ꝛ tradet vos in manus nr̃as. Cũ g̃ surrexisset philisteus ꝛ veniret ꝛ approp̃quaret ꝭ dauid:festinauit dauid.ꝛ occurrit ad pugnam ex aduerso philistei. Et misit manũ suã in peram·tulitq; lapidem ꝛ funda iecit.ꝛ percussit eum in fronte.ꝛ infixus est lapis in fronte ei⁹.ꝛ cecidit in faciem suam sup terrã. Preualuitq; dauid aduersũ philisteũ in funda ꝛ lapide: p̃cussũq; philisteũ interfecit. Cũq; gladiũ nõ haberẽt in manu dauid·cucurrit ꝛ stetit sup philisteũ.ꝛ tulit gladiũ ei⁹.ꝛ eduxit eũ de vagina sua.ꝛ interfecit eũ·p̃ciditq; caput ei⁹. Videntes aũt philistiim q̃ mortu⁹ eẽt fortissim⁹ cor fugerũt. Et p̃surgentes viri israhel ꝛ iuda vociferati sunt ꝛ p̃secuti sunt philisteos vsq; dũ venirent in vallẽ ꝛ vsq; ad portas accharõ. Ceciderũtq; vulnerati de philistiim in via sarim ꝛ vsq;

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ad getb.⁊ vſq; ad accbaron. Et reuertẽtes filij iſrl' poſtꝙ perſecuti ſunt philiſteos inuaſerũt caſtra eoꝝ. Aſſumẽs aũt dauid caput philiſtei·attulit illud i irl'm: arma vo ei⁹ poſuit i tabernaculo ſuo. Eo aũt tpe q̃ viderat ſaul dauid egredientem ꝯ philiſteum·ait ad abner ꝓncipem militie. De qua ſtirpe oſcendit bic adoleſcẽs? Dixitq; abner: Viuit aĩa tua rex ſi noui. Et ait rex: Interroga tu cui⁹ filꝰ ſit iſte puer. Cũq; regreſſus eſſet dauid pcuſſo philiſteo·tulit eũ abner ⁊ introduxit coꝝ ã ſaule·caput philiſtei bñtẽ in manu. Et ait ad eum ſaul: De qua progenie es o adoleſcens? Dixitq; dauid: Filius ſerui tui iſai bethleemite ego ſum.

XVIII

Et factũ eſt cũ cõpleſſet loq ad ſaul· aia ionatbe ꝯglutinata ẽ aie dauid ⁊ dilexit eũ ionatbas q̃ſi aiam ſuam Tulitq; eũ ſaul i die illa. ⁊ nõ conceſſit ei ut reũtereť i domũ pris ſui. Jnierũt aũt dauid ⁊ ionatbas fedus. Diligebat.n. eũ q̃ſi aiam ſuã. Nã expoliauit ſe ionatbas tunica q̃ erat indut⁹. ⁊ dedit eã dauid ⁊ reliq̃ veſtimenta ſua vſq; ad gladiũ ⁊ arcũ ſuũ. ⁊ vſq; ad balthcũ. Egrediebať q̃ dauid ad oia quecũq; miſiſſet eũ ſaul. ⁊ prudenť ſe agebat. Poſuitq; eũ ſaul ſup viros belli. ⁊ acceptus erat i oculis vniuerſi ppli: maximeq; i ꝓſpectu famuloꝝ ſaul. Porro cũ reuerteretur pcuſſo philiſteo dauid. ⁊ ferret caput eius in irl'm· egreſſe ſũt mulieres de vniuerſis vrbib⁹ iſrl' cantãtes chorosq; ducẽtes i occurſũ ſaul regis i tympanis leticie ⁊ i ſiſtris. ⁊ pcinebant mulieres ludentes·atq; dicentes: Percuſſit ſaul mille. ⁊ dauid decẽ milia. Jratus ẽ aũt ſaul nimis. ⁊ diſplicuit in oculis ei⁹ iſte ſermo. Dixitq;: Dederũt dauid decem milia. ⁊ mibi mille dederunt. Quid ei ſuperest niſi ſolũ regnũ? Nõ recť q̃ oculis ſaul aſpiciebat dauid: a die illa ⁊ deinceps. Poſt diẽ autẽ altera iuaſit ſpũs dei mal⁹ ſaul. ⁊ ꝓphetabat i medio dom⁹ ſue. Dauid aũt pſallebat manu ſua ſic p ſingulos dies. Tenebatq; ſaul lanceã ⁊ miſit eã: putans q̃ ꝓfigẽ poſſet dauid cũ pariete. Et declinauit dauid a facie ei⁹ ſecũdo. Et timuit ſaul dauid·eo q̃ eẽt dñs cũ eo ⁊ a ſe receſſiſſet. Amouit q̃ eum ſaul a ſe: ⁊ fecit eum tribunũ ſup mille viros. Et egrediebať ⁊ intrabat in ꝓſpectu ppli. Jn oib⁹ q̃ vijs ſuis dauid prudenť agebat. ⁊ dñs erat cũ eo. Vidit itaq; ſaul q̃ prudẽs eẽt nimis ⁊ cepit cauere eũ. Dis aũt iſrl' ⁊ iuda diligebat dauid. Jpſe aũt ingrediebať ⁊ egrediebať añ eos. Dixitq; ſaul ad dauid. Ecce filia mea maior merob·ipſam dabo tibi vxorẽ tm̃modo eſto vir fortis. ⁊ preliare bella dñi. Saul aũt reputabat dicens: Non ſit man⁹ mea i eo: ſ ſit ſup eũ man⁹ philiſtinorũ. Ait ãt dauid ad ſaul: Quis ego ſũ·aut q̃ ẽ vita mea·aut cognatio pris mei i iſrl': ut fiam gener regis? Factũ ẽ aũt temp⁹ cũ deberet dari merob filia ſaul dauid: data ẽ badrieli molathite vxori. Dilexit aũt dauid michol filiã ſaul alterã. Et nũciatũ eſt ſaul. ⁊ placuit ei. Dixitq; ſaul: Dabo eã illi ut ſiat ei i ſcandalum. ⁊ ſit ſup eũ manus philiſtinorũ. Dixitq; ſaul ad dauid: In duab⁹ gener me⁹ eris hodie. Et mãdauit ſaul ſeruis ſuis. Loqmi ad dauid clam me·dicẽtes: Ecce places regi. ⁊ oẽs ſerui ei⁹ diligũt te. Nũc q̃ eſto gener regi Et locuti ſunt ſerui ſaul in auribus dauid oia vba hec. Et ait dauid: Num paruꝰ videť vobis generũ eẽ regi? Ego aũt ſũ vir pauper ⁊ tenuis. Et renũciauerũt ſerui ſaul dicẽtes Huiuſcemodi vba locut⁹ ẽ dauid. Dixit aũt ſaul: Sic loqmini ad dauid. Nõ bz rex ſponſalia neceſſe niſi tm̃ centũ preputia philiſtinorũ·ut fiat vltio de inimicis regi. Porro ſaul cogitabat dauid tradẽ in man⁹ philiſtinorũ. Cũq; renũciaſſent ſerui ei⁹ dauid vba q̃ dixerat ſaul·placuit ſermo in oculis dauid ut fieret gener regis. Et p⁹ paucos dies ſurgẽs dauid·abiit i accbarõ cũ viris q̃ ſub eo erãt ⁊ pcuſſit ex philiſtijm ducẽtos viros. ⁊ attulit eoꝝ ꝓputia ⁊ ãnumerauit ea regi: ut eſſet generi eius. Dedit itaq; ſaul ei michol filiam ſuã vxorem. Et vidit ſaul. ⁊ intellexit q̃ dñs eẽt cũ dauid. Michol ãt filia ſaul diligebat eũ. Et ſaul magis cepit timẽ dauid. Factuſq; ẽ ſaul inimic⁹ dauid cunctis dieb⁹. Et egreſſi ſũt ꝓncipes philiſtinorũ. A ꝓncipio ãt egreſſionis eoꝝ·prudenti⁹ ſe gerebat dauid q̃ oẽs viri ſaul. ⁊ celebre factũ eſt nomẽ ei⁹ nimis.

XIX

Locut⁹ ẽ aũt ſaul ad ionathan filiũ ſuũ ⁊ ad oẽs ſeruos ſuos ut occideret dauid. Porro ionathas fili⁹ ſaul diligebat dauid valde. Et indicauit ionathas dauid dicens: Querit ſaul pr̃ me⁹ occidẽ te. Qua ꝓpt obſerua te q̃ſo mane. ⁊ manebis clam ⁊ abſcõderis. Ego autẽ egrediẽs ſtabo iuxta pr̃em meũ in agro vbicũq; fuerit. ⁊ ego loquar de te ad patrẽ meũ

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ꝛ qȝcũq̄ videro nunciabo tibi. Locut⁹ est ꝯ ionatbas ꝛe dauid bona ad saul patrẽ suũ. Dixitq̄ ad eum: Ne pecces rex in seruũ tuũ dauid: qa non peccauit tibi. ꝛ opa ei⁹ bona sũt tibi valde. ꝛ posuit aiam suã i manu tua ꝛ percussit philisteũ. ꝛ fecit dn̄s salutẽ magnã vniuerso isrl̃i. Vidisti ꝛ letat⁹ es. Quare ꝯ peccas i sanguie inocio interficiẽs dauid q̄ ẽ absq̄ culpa? Qȝ cũ audisset saul: placatus voce ionatbe iurauit. Viuit dn̄s: qa nõ occidet. Vocauit itaq̄ ionatbas dauid. ꝛ idicauit ei oia ꝙba hꝫ. Et introduxit ionatbas dauid ad saul. ꝛ fuit añ eũ sic erat heri ꝛ nudius tertiꝰ. Motũ ẽ autẽ rursũ bellũ. ꝛ egressus dauid pugnauit aduersum philistiim: percussitq̄ eos plaga magna. ꝛ fugert a facie eius. Et factꝰ ẽ spũs dn̄i malꝰ in saul. Sedebat aũt i domo sua. ꝛ tenebat lanceã. Porro dauid psallebat i manu sua. Misitq̄ ẽ saul ꝙfigere dauid lancea i pariete. Et declinauit dauid a facie saul. Lancea aũt casso vulnẽ plata ẽ in pariete. ꝛ dauid fugit. ꝛ saluatꝰ ẽ nocte illa. Misit ꝯ saul satellites suos nocte i domũ dauid ut custodiret eũ ꝛ interficeret mane. Qȝ cũ annũciasset dauid michol vxor sua dicens: nisi saluaueris te nocte bac cras morieris: ꝛe posuit eũ p fenestrã. Porro ille abiit ꝛ aufugit: atq̄ saluatꝰ ẽ. Tulit aũt michol statuã. ꝛ posuit eã sup lectũ. ꝛ pellem pilosam caprar̃ posuit ad caput eiꝰ. ꝛ opuit eam vestimẽtis. Misit aũt saul apparitores qui raperẽt dauid. ꝛ respõsũ est q̄ egrotaret Rursũq̄ misit saul nũcios ut viderẽt dauid dicẽs: Afferte eũ ad me i lecto ut occidatur Cũq̄ venissent nũcij inuẽtũ ẽ simulacr̃ sup lectũ. ꝛ pellis caprar̃ ad caput eius. Dixitq̄ saul ad michol: Quare sic illusisti mihi ꝛ dimisisti inimicũ meum ut fugeret? Et respondit michol ad saul: Quia ipse locutꝰ ẽ mihi dicẽs: Dimitte me: alioq̄n interficiã te. Dauid aũt fugiẽs saluatꝰ ẽ. Et venit ad samuel in ramatba. ꝛ nũciauit ei oia que fecerat sibi saul. Et abierũt ipse ꝛ samuel. ꝛ morati sũt i naioth. Nũciatũ est aũt saul a dicentibus: Ecce dauid in naioth in ramatba. Misit ꝯ saul lictores ut raperent dauid. Qui cũ vidissent cuneũ ꝓphar̃ vaticinãtiũ. ꝛ samuelem stantẽ sup eos: factꝰ ẽ etiã spũs dn̄i in illis. ꝛ ꝓphare cepũt etiã ipsi. Qȝ cũ nũciatũ esset sauli: misit ꝛ alios nuncios. Prophauerũt aũt ꝛ illi. Et rursũ misit saul ctios nũcios. q̄ ꝛ ipsi ꝓphauerẽt. Et iratꝰ ira cũdia saul. abiit etiã ipse i ramatba. ꝛ venit vsq̄ ad cisternã magnã que ẽ i socbot. Et interrogauit. ꝛ dixit: In q̄ loco sũt samuel ꝛ dauid? Dictumq̄ est ei. Ecce in naioth sũt in ramatba. Et abiit i naioth in ramatba. Et factus est etiam sup eum spiritus dn̄i. ꝛ ambulauit ingrediens. ꝛ ꝓphetabat vsq̄ dũ veniret in naioth in ramatba. Et expoliauit etiã ipse se vestimẽtis suis. ꝛ ꝓphauit cũ ceter] coram samuel. ꝛ cecidit nudꝰ tota die illa ꝛ nocte. Vnde ꝛ exiuit puerbiũ. Num ꝛ saul inꝰ ꝓphas?

XX

Egit aũt dauid de naioth q̄ ẽ in ramatba: veniẽsq̄ locutꝰ ẽ coram ionatba. Quid feci? Que ẽ iniq̄tas mea ꝛ q̄ꝺ pctm̃ meũ in patrẽ tuũ: quia q̄rit aiam meã? Qui dixit ei: Absit a te. non morieris. Neq̄. n. faciet pr̃ meꝰ q̄q̄ grande uel paruũ nisi prius indicauerit mihi. Nunc ꝯ celauit a me pr̃ meꝰ sermonẽ tm̃ modo. Neq̄q̄. n. erit istud: Et iurauit rursum dauid. Et ait ille: Scit pfecto pr̃ tuus q̄ iueni grãm i oculis tuis. ꝛ dicet. Nesciat hꝫ ionatbas ne forte tristet. Quinimo viuit dn̄s ꝛ viuit aia tua: q̄a vno tm̃ ut ita dicã ꝯdu ego morsq̄ diuidimur. Et ait ionatbas ad dauid: Quodcũq̄ dixerit mi aia tua. faciam tibi. Dixit autẽ dauid ad ionatban. Ecce kalẽde sũt crastino: ꝛ ego ex more sedẽ soleo ux̃ regẽ ad vescendũ. Dimitte ꝯ me ut abscõder i agro vsq̄ ad vesperã diei tertie. Si respiciẽs req̄sierit me pat̃ tuus. rñdebis ei: Rogauit me dauid ut iret celeriter i bethleẽ ciuitatẽ suã. q̄a victime solẽnes ibi sũt vniuersis contribulibus suis Si dixerit bñ. pax erit seruo tuo. Si ãt fuerit iratꝰ: scito q̄a cõpleta ẽ malitia eiꝰ. Fac ꝯ mĩam in seruũ tuũ: q̄a fedus dn̄i me famulum tuũ tecũ inire fecisti. Si aũt ẽ iniquitas aliq̄ in me. tu me interfice. ꝛ ad patrẽ tuũ ne introducas me. Et ait ionatbas: Absit hꝫ a me. Neq̄. n. fieri põt: ut si certe cogñuero cõpletã eẽ pr̃is mei malitiã ꝺ te: nõ ãnũciẽ tibi Rñditq̄ dauid ad ionatban: Quis renunciabit mihi: si q̄d forte rñderit tibi pat̃ tuus dure ꝛe me? Et ait ionatbas ad dauid. Veni ꝛ egrediamur foras i agr̃. Cũq̄ exissent ãbo in agrũ. ait ionatbas ad dauid. Dn̄e deus isrl̃i si inuestigauero sniam pr̃is mei crastino uel pridie. ꝛ aliq̄d boni fuerit sup dauid. ꝛ non stati misero ad te ꝛ notũ tibi fecero: hꝫ faciat deus ionatbe ꝛ hꝫ augeat. Si aũt

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

pseuerauerit pris mei malitia aduersũ te: reuelabo aurem tuã ⁊ dimittã te ut vadas i pace. ⁊ sit dns tecũ sicut fuit cũ pre meo. Et si vixero facies mihi miam dni: si vo mor/tuꝰ fuero nõ auefres miam tuã a domo mea vsq; i sempitnũ. Aut si nõ fecero qñ eradica uerit dns iimicos dauid vnusq; de terra auferat ionatbã de domo sua. ⁊ requirat dns de mãu iimicor dauid. Depigit g ionatbas fedꝰ cũ domo dauid. Et requiuit dns de ma/nu iimicor dauid. Et addidit ionatbas de/ierare dauid: eo q diligeret illũ. Sicut enĩ aiam suã ita diligbat eum. Dixitq; ad eũ io/natbas. Cras kalende sũt. ⁊ requiret. Requiet n. sessio tua vsq; perendie. Descendes g festi/nus ⁊ venies i locũ vbi celandꝰ es in die qñ operari licet. ⁊ sedebis iuxta lapidẽ cui nomẽ e ezel. Et ego tres sagittas mittã iuxta eũ. ⁊ iaciã qsi exercens me ad signũ. Mittãq; ⁊ puerũ dicẽs ei: Vade ⁊ affer mihi sagittas. Si dixero puero. ecce sagitte intra te sũt. tol/le eas: tu veni ad me. qa pax tibi ẽ ⁊ nihil est mali: viuit dns. Si aũt sic locutꝰ fuero puer/o. ecce sagitte vltra te sũt: vade in pace: quia dimisit te dns. De vbo aũt qd locuti fuimus ego ⁊ tu: sit dns int me ⁊ te vsq; i sempitnũ. Absconditꝰ e g dauid in agro. ⁊ venerũt ka/lende. ⁊ sedit rex ad comedendũ panẽ. Cũq; sedisset rex sup cathedrã suam pm consuetu/dinẽ q erat iuxta parietẽ: surrexit ionatbas ⁊ sedit abner ex latẽ saul. vacuusq; apparuit locꝰ dauid. ⁊ nõ e locutꝰ saul qcq; in die illa Cogitabat. n. q forte euenisset ei ut nõ esset mundꝰ nec purificatus. Cũq; illuxisset dies secũda pꝰ kalẽdas. rursꝰ apparuit vacuꝰ lo/cus dauid. Dixitq; saul ad ionatbã filiũ suũ Cur nõ venit filiꝰ isai nec heri nec hodie ad vescẽdũ? Rndit q ionatbas sauli: Rogauit me obnixe ut iret in bethleem. ⁊ ait: Dimitte me: qn sacrificiũ solẽne est in ciuitate mea vnꝰ de fribꝰ meis accersiuit me. Nũc g si in/ueni grãm i oculis tuis: vadã cito ⁊ videbo frẽs meos. Ob hanc cãm nõ venit ad men/sam regis. Iratꝰ aũt saul aduersũ ionatban dixit ei: Fili mulieris vltro virũ rapientis: nũq; d ignoro qa diligis filiũ isai i cofusionẽ tuã. ⁊ i cofusionẽ ig̃miniose mris tue? Omnib⁹ n. diebꝰ qbꝰ filiꝰ isai vixerit sup ter̃ã. non sta/bilier̃ tu neq; regnũ tuũ. Itaq; iam nũc mit/te ⁊ adduc eũ ad me: qa filiꝰ mortis est. Rn/dens aũt ionatbas sauli pri suo ait: Quare moriet? Quid fecit? Et arripuit saul lancea ut percuteret eum. Et intellexit ionatbas q diffinitũ esset a pre suo ut interficeret dauid. Surrexit g ionatbas a mensa in ira furor̃. ⁊ nõ comedit i die kalẽdar̃ secũda panẽ. Con tristatꝰ e. n. sup dauid. eo q confudisset eũ pat suus. Cũq; illuxisset mane. venit ionatbas i agrũ iuxta placitũ dauid. ⁊ puer paruulꝰ cũ eo. Et ait ad puer̃ suũ: Vade ⁊ affer mihi sa/gittas qs ego iacio. Cũq; puer cucurrisset iecit aliã sagittã trãs puer̃. Veit itaq; puer ad locũ iaculi qd miserat ionatbas. Et cla/mauit ionatbas pꝰ tergũ pueri. ⁊ ait: Ecce ibi ẽ sagitta. porro vltra te. Clamauitq; iter̃ ionatbas pꝰ tergũ pueri dicens: Festina ve/locit ne steteris. Colligit autẽ puer ionathe sagittas. ⁊ attulit ad dnm suũ. ⁊ qd ageret penitꝰ ignorabat. Tm̃modo. n. ionatbas ⁊ dauid rẽ nouerat. Dedit g ionatbas arma sua puero. ⁊ dixit ei: Vade ⁊ defer i ciuitatẽ Cũq; abisset puer surrexit dauid de loco q vergebat ad austr. ⁊ cadẽs pnꝰ in terrã ado/rauit ter. Et osculãtes se alterutr. fleuerũt pariter: dauid aũt amplꝰ. Dixit g ionatbas ad dauid. Vade in pace. Quecũq; iurauimus ambo in noie dni. dicẽtes: dns sit int me ⁊ te ⁊ int semẽ tuũ ⁊ semẽ meũ vsq; in sempitnũ. Et surrexit dauid ⁊ abiit: sed ⁊ ionatbas in/gressus est ciuitatem. XXI

Venit aũt dauid in nobe ad achime/lech sacerdotem. Et obstupuit achi/melech. eo q venisset dauid ⁊ dixit ei: Quare tu solꝰ ⁊ nullus ẽ tecũ? Et ait da/uid ad achimelech sacerdotẽ: Rex precepit mihi sermonẽ. ⁊ dixit: Nemo sciat rem pter quã missus es a me. ⁊ cuiusmodi pcepta tibi dederim. Nã ⁊ pueris meis condixi i illũ ⁊ illũ locũ. Nũc g si quid habes ad manũ uel qnq; panes da mihi: aut qcqd inuener̃. Et rndens sacerdos ad dauid. ait illi: Non ha/beo laicos panes ad manũ: s tm̃ panẽ scm̃. Si mũdi sũt pueri maxie a mulierib⁹: man/ducent. Et rndit dauid sacerdoti. ⁊ dixit ei: Et qdẽ si de mulierib⁹ agit continuim⁹ nos ab heri ⁊ nudiustertiꝰ qñ egrediebamur. ⁊ fuerũt vasa puer̃ sca. Porro via h polluta est: s ⁊ ipsa hodie scificabit in vasis. Dedit g ei sacerdos scificatũ panẽ. Nec. n. erat ibi panis nisi tm̃ panes ppõnis q subleuati fue/rãt a facie dni. ut ponerẽt panes calidi. Erat aũt ibi vir qdã de seruis saul i die illa intus

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

in tabnaculo dñi. ⁊ nomẽ ei⁹ doech idume⁹ potentissim⁹ pastor⁹ saul. Hic pascebat mulas saul. Dixit aũt dauid ad achimelech. Si habes hic ad manũ hastã aut gladiũ da mihi: qa gladiũ meũ ⁊ arma mea nõ tuli mecũ Sermo. n. regis vrgebat. Et dixit sacerdos: Ecce hic gladi⁹ goliath philistei quẽ pcussisti in valle terebinthi: est iuolut⁹ pallio post ephot. Si istũ vis tollẽ tolle. Neq; enĩ hic est ali⁹ absq; eo. Et ait dauid: Nõ est huic alter silis? Da mihi eũ. Surrexit itaq; dauid. ⁊ fugit in die illa a facie saul. ⁊ venit ad achis regem geth. Dixerũtq; serui achis cũ vidissent dauid: Nũqd nõ iste ẽ dauid rex terre? Nonne huic cantabant p chor⁹ dicentes: pcussit saul mille. ⁊ dauid decem milia? Posuit aut ẽ dauid sermones istos in corde suo. ⁊ extimuit valde a facie achis regis geth. Et mutauit os suũ cor̃ achis: ⁊ collabebatur inter manus eor̃ũ. ⁊ impingebat i ostia porte: defluebantq; saliue ei⁹ in barbã. Et ait achis ad seruos suos: Vidistis hominẽ insanũ: qre adduxistis eũ ad me? An desunt nobis furiosi. quia introduxistis istum ut fureret me presente? Dimittite illum hinc ne ingrediat domũ meam.

XXII

Abijt g̃ dauid inde. ⁊ fugit i spelũcã odollã. Qõ cũ audissent frẽs eius ⁊ omis dom⁹ pris ei⁹. descenderũt ad eũ illuc. Et congregati sunt ad eũ oes q erãt in angustia pstituti. ⁊ oppressi ere alieno ⁊ amaro aio ⁊ fact⁹ ẽ eor̃ princeps. Fuerũtq; cũ eo q̃si q̃dringẽti viri. Et pfect⁹ ẽ dauid inde in maspha q est moab. Et dixit ad regẽ moab: Maneat or̃ pr̃ me⁹ ⁊ mat̃ mea vobiscũ: donec sciam qd faciat mihi deus. Et reliq̃t eos ãn faciem regis moab. Mãserũtq; apud eũ cũctis diebus q̃b⁹ dauid fuit in presidio. Dixitq; gad ppha ad dauid: Noli manẽ i psidio. Profiscere ⁊ vade i terrã iuda. Et pfect⁹ ẽ dauid ⁊ venit in saltũ areth. Et audiuit saul q̃ apparuisset dauid. ⁊ viri q̃ erant cũ eo. Saul aũt cũ manẽt in gabaa ⁊ eẽt i nemore qõ ẽ i rama. hastã manu tenẽs. cũctiq; serui ei⁹ circũstarent eũ: ait ad seruos suos q̃ assistebãt ei. Audite me nũc filij gemini. Nũqd oibus vob dabit fili⁹ isai agros ⁊ vineas. ⁊ vniuersos vos faciet tribunos ⁊ cẽturiões. qm̃ cõiurastis oes aduersũ me. ⁊ non est q̃ mihi renũciet. maxie cũ ⁊ fili⁹ meus fedus iunxerit cũ filio isai? Nõ ẽ q̃ vicẽ meã doleat ex vob nec q̃ annũciet mihi. eo q̃ suscitauerit filius me⁹ seruũ meũ aduersũ me insidiantẽ mihi vsq; hodie. Rñdens aũt doech idume⁹ q̃ assistebat. ⁊ erat pm⁹ inr̃ seruos saul: vidi inq̃t filium isai in nobe apud achimelech filium achitob sacerdotẽ. Qui cõsuluit p eo dñm: ⁊ cibaria dedit ei. Sz ⁊ gladiũ goliath philistei dedit illi. Misit g̃ rex ad accersiendũ achimelech sacerdotem filiũ achitob. ⁊ oẽm domũ pris ei⁹ sacerdotũ q̃ erãt i nobe. Qui vniuersi venerũt ad regẽ. Et ait saul ad achimelech. Audi fili achitob. Qui rñdit: Presto dñe. Dixitq; ad eũ saul: Quare cõiurastis aduersũ me tu ⁊ filius isai. ⁊ dedisti ei panes ⁊ gladiũ. ⁊ cõsuluisti p eo dñm ut cõsurgeret aduersũ me insidiator vsq; hodie p manẽs? Rñdensq; achimelech regi ait: Et q̃s in oĩb⁹ fuis tuis sicut dauid fidelis ⁊ gener regis. ⁊ pgens ad iperiũ tuũ. ⁊ gliosus i domo tua? Nũ hodie cepi p eo cõsulẽ dñm? Absit ꝺ a me. Ne suspicet rex aduersũ seruũ suũ rem huiuscemõi i vniuersa domo patris mei. Nõ. n. sciuit seru⁹ tu⁹ q̃cq̃ sup hoc negocio. uel modicũ uł grãde. Dixitq; rex: Morte morieris achimelech: tu ⁊ ois dom⁹ patr̃ tui. Et ait rex emissarijs q̃ circũstabãt eum. Cõuertimini. ⁊ interficite sacerdotes dñi. Nã man⁹ eor̃ũ cũ dauid ẽ: scientes q̃ fugisset. ⁊ nõ indicauerũt mihi. Noluerũt aũt serui regis extendẽ man⁹ suas in sacerdotes dñi. Et ait rex ad doech: Cõuertẽ tu ⁊ irrue i sacerdotes dñi. Cõuersusq; doech idume⁹ irruit i sacerdotes. ⁊ trucidauit in die illa octoginta q̃nq; viros vestitos ephot lineo. Nobe aũt ciuitatẽ sacerdotũ pcussit i ore gladij. viros ⁊ mulieres ⁊ paruulos ⁊ lactentes. bouẽq; ⁊ asinũ ⁊ ouẽ i ore gladij. Euadẽs aut ẽ vn⁹ fili⁹ achimelech filij achitob cui⁹ nomẽ erat abiathar fugit ad dauid. ⁊ annũciauit ei q̃ occidisset saul sacerdotes dñi. Et ait dauid ad abiathar. Sciebã. n. i die illa q̃ cũ ibi eẽt doech idume⁹. pculdubio annũciaret sauli. Ego sũ re⁹ oiuz aiaz pris tui. Mane mecũ ne timeas. Si q̃s q̃sierit aiam meã: queret ⁊ aiam tuã. mecũq; seruabris.

XXIII

Et ãnũciauerũt dauid dicẽtes: Ecce philistij m oppugnant ceilã. ⁊ diripiũt areas. Cõsuluit g̃ dauid dñm dicens: Nũ vadã ⁊ pcutiã philisteos istos? Et ait dñs ad dauid: Vade ⁊ pcuties philisteos. ⁊ saluabis ceilã. Et dixerũt viri q̃ erãt

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cū dauid ad eū. Ecce nos hic in iudea ꝓsistē-
tes timem⁹: quāto magis si ierim⁹ in ceilā ad-
uersū agmina philistinoꝝ? Rursū ꝯ dauid
cōsuluit dñm. Qui rndens ait ei: Surge et
vade in ceilā. Ego eni tradā philisteos i ma-
nu tua. Abijt ꝯ dauid et viri eius in ceilā. et
pugnauit aduersū philisteos. Et abegit iu-
menta eoꝝ et pcussit eos plaga magna. et sal-
uauit dauid habitatores ceile. Porro eo tpe
quo fugiebat abiathar fili⁹ achimelech ad
dauid in ceilā. ephot secū habēs. descēderat.
Nunciatū est autē sauli ꝙ venisset dauid in
ceilā. Et ait saul. Tradidit eū dñs in man⁹
meas. cōclusus q̄ est introgressus vrbē: i qua
portę et sere sunt. Et p̄cepit saul oi populo ut
ad pugnā descēderet in ceilā. et obsideret da-
uid et viros ei⁹. Qd cū dauid resciisset qa p̄-
pararet ei saul clam malū. dixit ad abiathar
sacerdotē: Applica ephot. Et ait dauid: Dñe
de⁹ isrł. audiuit famā seru⁹ tuus ꝙ disponat
saul venire i ceilā. ut euertat vrbē ꝓpter me.
Si tradent me viri ceile in man⁹ eius et si de-
scēdet saul sicut audiuit seru⁹ tuus. dñe deus
isrł indica seruo tuo. Et ait dñs: Descendet.
Dixitq; rursū dauid: Si tradēt me viri ceile
et viros q̄ sūt mecū i man⁹ sauli? Et dixit dñs
Tradent. Surrexit ꝯ dauid et viri ei⁹ quasi
sexcēti. et egressi de ceila huc atq; illuc vaga-
bant. Nunciatūq; est sauli ꝙ fugisset
dauid de ceila: quā obrē dissimulauit exire.
Morabat aūt dauid in deserto in locis fir-
missimis: mānsitq; in mōte solitudinis ziph i
mōte opaco. Querebat eū tñ saul cūctis dieb⁹
et nō tradidit eū dñs in man⁹ eius. Et vidit
dauid ꝙ egressus eēt saul ut quereret aiam
eius. Porro dauid erat i deserto ziph i silua.
Et surrexit ionathas fili⁹ saul et abijt ad da-
uid in siluā. et cōfortauit man⁹ ei⁹ in deo. di-
xitq; ei: Ne timeas. Nec⁹ eni inueniet te man⁹
saul patris mei. Et tu regnabis sup isrł et ego
ero tibi secund⁹. Sed et saul pat meus scit h
Percussit ꝯ vterq; fedus coram dño. Mānsitq;
dauid in silua. ionathas aūt reuersus est in
domū suā. Ascēderūt autē ziphei ad saul in
gabaa dicentes: Nonne ecce dauid latitat
apud nos i locis tutissimis silue i colle achille
q̄ est ad dextrā deserti? Nunc ꝯ sicut desi-
derauit aia tua ut descēderes. descēde: nr̄m autē
erit ut tradam⁹ eū in man⁹ regis. Dixitq; saul:
Bñdicti vos a dño. qa doluistis vicē meā.
Abite ꝯ ozor et diligēti⁹ p̄parate, et curiosius
agite. et ꝓsiderate locū, vbi sit pes eius. uel qs
viderit eū ibi vbi dixistis. Recogitat eni de
me ꝙ callide insidier ei. Cōsiderate et videte
oia latibula ei⁹ i qb⁹ absc̄ōdit. et reuertimi ad
me ad rem certā ut vadā vobiscū. Qd si etiam
in terrā se obstruxerit: perscrutabor eū in cūctis
milib⁹ iuda. At illi surgētes abierūt i ziph
ante saul. Dauid aūt et viri eius erāt i deserto
maon in cāpestrib⁹ ad dextrā iesimuth. Iuit
ꝯ saul et socij eius ad q̄rendū eū. Et nūciatū
est dauid: statimq; descēdit ad petrā. et ꝓsabat
i deserto maon. Qd cū audisset saul. persecut⁹
est dauid in deserto maon. Et ibat saul et viri
eius ad lat⁹ mōtis ex pte vna. dauid autē et
viri eius erāt in latere montis ex pte altera.
Porro dauid festinabat se posse euadē a facie
saul. Itaq; saul et viri ei⁹ i modū corone cinge-
bāt dauid et viros ei⁹ ut caperent eū. Et nūci⁹
venit ad saul dicēs: Festina et veni qm̄ inua-
serunt se philistijm sup terrā. Reuersus est ꝯ
saul de sistēs psequi dauid. et perexit in occur-
sū philistinoꝝ. Propter hoc vocauerūt locū
illū petrā diuidentem. XXIIII

Hscēdit ꝯ dauid inde. et habitauit in
loc̄ tutissimis engaddi. Cūq; reuer-
sus esset saul postq̄ persecut⁹ est philis-
teos. nūciauerūt ei dicētes: Ecce dauid in
deserto ē engaddi. Assumēs ꝯ saul tria mi-
lia electoꝝ viroꝝ ex oi isrł. perexit ad inuesti-
gandū dauid et viros ei⁹. etiā sup abruptissi-
mas petras q̄ solis ibicib⁹ puie sūt. Et venit
ad caulas ouiū q̄ se offerebāt vianti: eratq;
ibi spelūca quā ingressus est saul ut purgaret
ventrē. Porro dauid et viri ei⁹ i interiore pte
spelūce latebāt. Et dixerunt serui dauid ad
eū. Ecce dies de q̄ locut⁹ ē dñs ad te. ego tra-
dā tibi inimicū tuū ut facias ei sicut placue-
rit i oculis tuis. Surrexit ꝯ dauid. et p̄cidit
ozā chlamydis saul silenter. P⁹h pcussit cor
suū dauid: eo ꝙ abscidisset ozā chlamydis
saul. Dixitq; ad viros suos: Propti⁹ sit mihi
dñs ne faciā hanc rem dño meo xp̄o dñi ut
mittā manū meā i eū. qa xp̄s dñi est. Et cō-
fregit dauid viros suos sermonibus istis. et
nō p̄misit eos ut consurgerent in saul. Porro
saul exurgēs de spelūca pgebat cepto itinere
Surrexit aūt dauid p⁹ eū. et egressus de spe-
lūca clamauit post tergum saul dicens: Dñe
mi rex. Et respexit saul post se et inclinans se
dauid pronus in terrā adorauit. Dixitq; ad
saul: Quare audis verba hoiuz loquentiū:

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

dauid querit malũ aduersũ te? Ecce hodie viderũt oculi tui q̃ tradiderit te dñs i mãu mea in ſpelũca. ⁊ cogitaui ut occiderẽ te: ſed pepercit tibi oculꝰ meꝰ. Dixi enim: Non extendã manũ meã i dñm meũ: qa xp̃s dñi ẽ. Quin poti⁹ pater mi vide ⁊ cognſce oram chlamydis tue in manu mea: quõ cũ precíderẽ ſũmitatẽ chlamydis tue: nolui extẽdẽ manũ meã i te. Animaduerte ⁊ vide qm̃ non eſt in manu mea malũ neq̃ iniquitas: neq̃ peccaui in te. Tu aũt inſidiaris aie mee ut auferas eã. Judicet dñs inter me ⁊ te. ⁊ vlciſcat me dñs ex te: manus aũt mea non ſit in te: ſicut ⁊ in puerbio antiquo dicit: Ab impijs egredietur impietas. Manus ḡ mea nõ ſit i te. Quẽ ꝑſequeris rex iſrl? quẽ ꝑſequeris? Canẽ mortuũ ꝑſequeris ⁊ pulicẽ vnũ. Sit dñs iudex ⁊ iudicet inter me ⁊ te. ⁊ videat ⁊ iudicet cauſa meã. ⁊ eruat me de manu tua. Cũ autẽ complesſet dauid loquẽs ſermones huiuſcemõi ad ſaul dixit ſaul: Nũquid vox hec tua eſt fili mi dauid? Et leuauit ſaul vocẽ ſuã ⁊ flenit dixitq̃ ad dauid: Juſtior tu es q̃m ego. Tu enim tribuiſti mihi bona: ego aũt reddidi tibi mala. Et tu indicaſti hodie q̃ feceris mihi bona: quõ tradiderit me dñs in manu tua. ⁊ nõ occideris me. Quis.n. cũ inuenerit inimicũ ſuũ dimittet eũ in via bona? Sz dñs reddat tibi viciſſitudinẽ hãc pro eo qõ hodie operatus es i me. Et nunc quia ſcio q̃ certiſſime regnaturꝰ ſis ⁊ habiturus in manu tua regnum iſrl: iura mihi in dño ne deleas ſemẽ meũ poſt me neq̃ auferas nomen meũ de domo patris mei. Et iurauit dauid ſauli. Abiit ḡ ſaul i domũ ſuã ⁊ dauid ⁊ viri eiꝰ aſcẽderũt ad tutiora loca.

Mortuus eſt autẽ ſamuel XXV ⁊ congregatus eſt vniuerſus iſrl: ⁊ planxerũt eũ nimis. ⁊ ſepelierunt eũ in domo ſua in ramatha. Cõſurgẽſq̃ dauid deſcendit in deſertũ pharan. Erat autem vir quiſpiã in ſolitudine maon ⁊ poſſeſſio eiꝰ in carmelo. ⁊ homo ille magnꝰ nimis: erantq̃ ei oues tria milia ⁊ mille capre. Et accidit ut tonderet grex eiꝰ in carmelo. Nomẽ aũt viri illiꝰ erat nabal. ⁊ nomen vxoris eiꝰ abigail. Eratq̃ mulier illa prudentiſſima ⁊ ſpecioſa Porro vir eiꝰ durus ⁊ peſſimꝰ ⁊ malitioſus. Erat aũt de genere caleph. Cũ aũt audiſſet dauid in deſerto q̃ tonderet nabal gregem ſuũ miſit decẽ iuuenes ⁊ dixit eis: Aſcẽdite in carmelũ. ⁊ venietis ad nabal. ⁊ ſalutabitis eũ ex noie meo pacifice. ⁊ ſic dicetis: Sit fratribus meis ⁊ tibi pax. ⁊ domui tue pax. ⁊ oibꝰ q̃cũq̃ habes ſit pax. Audiui q̃ tonderẽt paſtores tui greges tuos q̃ erãt nobiſcũ in deſerto. Nũq̃ eis moleſti fuimꝰ nec aliqñ defuit quicq̃ eis de grege oi tpe quo fuerunt nobiſcũ i carmelo. Interroga pueros tuos. ⁊ indicabũt tibi. Nũc ḡ inueniãt pueri tui gratiã in oculis tuis. In die enim bona venimꝰ ad te. Quocũq̃ inuenerit manꝰ tua da ſeruis tuis ⁊ filio tuo dauid. Cũq̃ venſſent pueri dauid locuti ſũt ad nabal oia verba h̃ ex noie dauid. ⁊ ſiluerũt. Rñdens aũt nabal pueris dauid dixit: Quis ẽ dauid. ⁊ q̃s eſt filiꝰ iſai? Hodie increuerũt ſerui q̃ fugiũt dños ſuos. Tollã ḡ panes meos ⁊ aq̃s meas ⁊ carnes pecoꝝ q̃ occidi tõſoribꝰ meis. ⁊ dabo viro q̃s neſcio vnde ſint? Regreſſi ſũt itaq̃ pueri dauid p viã ſuã. ⁊ reuerſi venerunt ⁊ annũciauerũt ei oia ꝓba q̃ dixerat nabal. Cũq̃ ait dauid pueris ſuis. Accingat vnuſq̃ſq̃ gladio ſuo Et accincti ſunt ſinguli gladijs ſuis. Accinctuſq̃ ẽ ⁊ dauid enſe ſuo. ⁊ ſecuti ſunt dauid q̃ſi q̃dringenti viri. Porro ducẽti remãſerũt ad ſarcinas. Abigail aũt vxori nabal nũciauit vnꝰ de pueris ſuis dicens: Ecce dauid miſit nuncios de deſerto ut benedicerent dño nro. ⁊ auerſatꝰ ẽ eos. Homines iſti boni ſatis fuerũt nob ⁊ nõ moleſti nec q̃cq̃ aliqñ perijt oi tpe q̃ fuimꝰ conuerſati cũ eis in deſerto. Pro muro erãt nob tam i nocte q̃m i die oibꝰ diebus q̃bꝰ pauimꝰ apud eos greges. Quã obrẽ conſidera ⁊ recogita qd facias: q̃m cõpleta ẽ malitia aduerſũ virũ tuũ ⁊ aduerſũ domũ tuã. ⁊ ipſe ẽ filius belial ita ut nemo poſſit ei loq̃. Feſtinauit igit abigail. ⁊ tulit ducẽtos panes ⁊ duos vres vini ⁊ q̃nq̃ arietes coctos. ⁊ q̃nq̃ ſata polẽte. ⁊ centũ ligaturas vue paſſe ⁊ ducẽtas maſſas caricaꝝ ⁊ poſuit ſup aſinos dixitq̃ pueris ſuis: Precedite me. ⁊ ecce ego pꝰ tergũ ſequar vos. Viro aũt ſuo nabal nõ indicauit. Cũ ḡ aſcendiſſet aſinũ ⁊ deſcendẽt ad radicẽ mõtis: dauid ⁊ viri eiꝰ deſcẽdebãt i occurſũ eiꝰ. Quibꝰ ⁊ illa occurrit. Et ait dauid: Vere fruſtra ſeruaui oia q̃ huiꝰ erãt i deſerto. ⁊ nõ perijt q̃cq̃ de cunctis q̃ ad eũ ptinebãt. ⁊ reddidit mihi malũ pro bono. Hec faciat dñs inimicis dauid ⁊ h̃ addat: ſi reliquero de oibꝰ q̃ ad ipſum pertinent vſq̃ mane mingentẽ ad parietẽ. Cum autẽ vidiſſet abigail dauid: feſtinauit ⁊ deſcendit

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

re asino. ⁊ ꝓcidit cora dauid sup faciē suā: ⁊ adorauit sup tra. ⁊ cecidit ad pedes eius. ⁊ dixit. In me sit dñe mi hec iniqtas. Loquatur obsecro ancilla tua in auribꝰ tuis. ⁊ audi verba famule tue. Ne ponat oro dñs meus rex cor suū sup virū istū iniquū nabal: qm̄ sm nomē suū stultus est: ⁊ est stultitia cū eo. Ego aūt ancilla tua nō vidi pueros tuos dñe mi qs misisti. Nunc ḡ dñe mi viuit dñs ⁊ viuit aia tua q̄ prohibuit te ne venires in sanguinem ⁊ saluauit manū tuā tibi. Et nūc fiāt sicut nabal inimici tui. ⁊ q̄ querunt dño meo malū. Qua ppē suscipe benedictionē hanc quā attulit ancilla tua tibi dño meo. ⁊ da pueris q̄ sequūt te dnm meū. Auser iniquitatē famule tue. Faciēs eni faciet dñs tibi dño meo domū fidelē: qa plia dñi dñe mi tu pliaris. Malitia ḡ non inuenīet in te oibꝰ diebꝰ vite tue. Si. n. surrexerit aliq̄s hō psequēs te uel q̄rēs aiam tuā: erit aia dñi mei custodita q̄ i fasciculo viuentiū apud dnm deū tuū. Porro inimicoꝝ tuoꝝ aia rotabit: quasi in ipetu ⁊ circulo funde. Cū ergo fecerit tibi dñs dño meo oia hec que locutꝰ est bona de te. ⁊ cōstituerit te ducē sup isrl: non erit tibi hoc in singultū ⁊ in scrupulū cordis dño meo q̄ effuderis sanguinē inopiū: aut ipse te vltus fuerit Et cū benefecerit dñs dño meo· recordaberis ancille tue. ⁊ tu benefacies ei. Et ait dauid ad abigail. Benedictꝰ dñs deus isrl: q̄ misit te hodie in occursū meū. ⁊ benedictū eloquiū tuū. ⁊ benedicta tu que prohibuisti me hodie ire in sanguinē: ⁊ vlciscerer me manu mea. Alioq̄n viuit dñs deus isrl qui prohibuit me ne malū facerem tibi: nisi cito venisses in occursū mihi· non remansisset nabal vsq̄ ad lucem matutinā mingēs ad parietē. Suscepit ergo dauid de manu eius oia q̄ attulerat ei· dixitq̄ ei: Vade pacifice i domū tuā. Ecce audiui vocē tuā ⁊ honorauī faciē tuā. Venit aūt abigail ad nabal. Et ecce erat ei conviviū in domo eiꝰ quasi cōviviū regis. ⁊ cor nabal iocūdū. Erat eni ebrius nimis. ⁊ nō indicauit ei vbū pusillū aut grāde vsq̄ mane. Diluculo aūt cū digessisset vinū nabal: indicauit ei vxor sua verba hec. Et emortuū est cor eius intrinsecus. ⁊ factꝰ est quasi lapis. Cūq̄ ptrāsissent dece n dies: percussit dñs nabal. ⁊ mortuus est. Qđ cū audisset dauid mortuū nabal· ait: Benedictꝰ dñs q̄ iudicauit causā oppробrij mei de manu nabal. ⁊ seruū suū cu-

stodiuit a malo. ⁊ malitiam nabal reddidit dñs in caput eius. Misit ḡ dauid ⁊ locutꝰ ē ad abigail ut sumeret eā sibi in vxorē. Et venerūt pueri dauid ad abigail in carmelū. ⁊ locuti sūt ad eā dicētes: Dauid misit nos ad te ut accipiat te sibi in vxorē. Que cōsurgēs adorauit pna in terrā. ⁊ ait: Ecce famula tua sit in ancillā ut lauet pedes seruoꝝ dñi mei. Et festinauit ⁊ surrexit abigail ⁊ ascendit sup asinū. ⁊ q̄nq̄ puelle ierūt cū ea pedisseque eius. Et secuta ē nūcios dauid. ⁊ facta ē illi vxor. Dꝫ ⁊ achinoem accepit dauid de iezrahel ⁊ fuit vtraq̄ vxor eiꝰ. Saul aūt dedit michol filiā suā vxorē dauid falthi filio lais: qui erat de gallim.

XXVI

Et venerūt ziphei ad saul i gabaa dicētes: Ecce dauid abscōditꝰ ē i colle achille q̄ ē ex aduerso solitudinis. Et surrexit saul. ⁊ descēdit in desertū ziph ⁊ cū eo tria milia virorū de electis isrl ut quereret dauid i deserto ziph. Et castrametatꝰ ē saul i gabaa achille: q̄ erat ex aduerso solitudis i via. Dauid aūt habitabat in deserto. Vidēs aūt q̄ venisset saul post se in desertū: misit exploratores ⁊ didicit q̄ illuc venisset certissime. Et surrexit dauid clam. ⁊ venit ad locū vbi erat saul. Cūq̄ vidisset locū i q̄ dormiebat saul. ⁊ abner filiꝰ ner princeps milicie eiꝰ ⁊ saul dormiētē in tentorio. ⁊ reliquū vulgus per circuitum eius· aut dauid ad achimelech et thei. ⁊ abisai filiū saruie frēm ioab· dicens: Quis descendet mecū ad saul in castra? Dixitq̄ abisai: Ego descendā tecū. Venerūt ḡ dauid ⁊ abisai ad pplm in nocte: ⁊ inuenerūt saul iacentē ⁊ dormiētē in tentorio. ⁊ hastam fixā in terra ad caput eiꝰ· abner aūt ⁊ pplm dormientes i circuitu eiꝰ. Dixitq̄ abisai ad dauid Cōclusit deus inimicū tuū hodie in manꝰ tuas. Nūc ḡ pfodiā eū lācea in terra semel. ⁊ secūdo opꝰ nō erit. Et dixit dauid ad abisai: Ne interficias eū. Quis eni extendet manū suā in xpm dñi. ⁊ innocens erit? Et dixit dauid: Viuit dñs· q̄a nisi dñs percusserit eū· aut dies eiꝰ venerit ut moriat· aut in preliū descendens perierit: ppitius mihi sit dñs ne extēdā manū meā i xpm dñi. Nūc igit tolle hastā que ē ad caput eius ⁊ cyphū aque. ⁊ abeamꝰ. Tulit igit dauid hastā ⁊ cyphū aque q̄ erat ad caput eiꝰ. ⁊ abierūt. Et non erat q̄s q̄ videret ⁊ intelligeret ⁊ euigilaret: ꝶ oēs dormiebāt q̄a sopor dñi irruerat sup eos. Cūq̄ trāsisset

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

dauid er aduerſo:7 ſtetiſſeti ꝛtice montis
ꝛ lōge.7 eēt grāde intuallū int eos:clama-
uit dauid ad pplm.7 ad abner filium ner di-
cens:Nōne rñdebis abner? Et rñdens ab-
ner dit:Quis es tu q̄ clamas.7 iquietas re-
gē? Et ait dauid ad abner: Nūq̄d nō vir tu
es? Et q̄s ali⁹ ſilis tui iſrl? Quare ḡ nō cu-
ſtodiſti dñm tuū regē? Ingreſſ⁹ ē.n. vn⁹ de
turba ut interficēt regē dñm tuū. Non ē bo-
num hoc qđ feciſti. Viuit dñs:qñ filij mortis
eſtis vos:qa non cuſtodiſtis dñm vrm xpm
dñi. Nūc ḡ vide vbi ſit haſta regis.7 vbi ſit
cyph⁹ aque q̄ erat ad caput eius. Cognouit
aūt ſaul vocem dauid.7 dixit. Nūq̄d vox hec
tua fili mi dauid? Et ait dauid. Vox mea
dñe mi rex. Et ait? Quā ob cām dñs me⁹
pſeq̄t ſeruū ſuū? Quid feci aut qđ eſt malū
i manu mea? Nūc ḡ audi oro dñe mi rex ver-
ba ſui tui. Si dñs icitat te aduerſū me odo-
ret ſacrificiū. Si aūt filij hoiuz maledicti ſūt
i ꝓſpectu dñi q̄ eiecerunt me hodie ut non ha-
bitē i hereditate dñi dicētes:vade ſerui dijs
alienis. Et nūc nō effūdat̄ ſanguis me⁹ i ter-
ram dño q̄a egreſſus ē rex iſrl ut querat pu-
licem vnū ſicut pſeq̄t̄ perdix i mōtib⁹. Et ait
ſaul:Peccaui. Reuertē fili mi dauid. Neq̄q̄
eni vltra tibi male faciam eo q̄ pciosa fuerit
anima mea i oculis tuis hodie. Apparet.n.q̄
ſtulte egerim.7 ignoraueri multa nimis. Et re-
ſpondēs dauid ait: Ecce haſta regis.7 tranſeat
vn⁹ de pueris regis.7 tollat eā. Dñs aūt retri-
buet vnicuiq̄ ꝑm iuſticiā ſuā.7 fidē. Tradi-
dit.n.te dñs hodie in manū meā.7 nolui ex-
tēdē manū meā in xpm dñi. Et ſicut magni-
ficata eſt aia tua hodie i oculis meis:ſic ma-
gnificet̄ aia mea i oculis dñi.7 libēt me ex oi
anguſtia. Dixit ḡ ſaul ad dauid. Bñdict⁹ tu fi-
li mi dauid. Et q̄dē faciēs facies.7 potēs po-
teris. Abijt aūt dauid i viā ſuā.7 ſaul reuer-
ſus eſt in locū ſuū. XXVII

Et ait dauid in corde ſuo. Aliquādo
incidam vna die in manꝰ ſaul. Non-
ne melius eſt ut fugiam.7 ſaluer in
terra philiſtinorum ut deſperet ſaul cēſſetq̄
me querere in cunctis finib⁹ iſrl? Fugiam ḡ
manus eius. Et ſurrexit dauid.7 abijt ipſe 7
ſexcēti viri cū eo ad achis filiū maoch regem
geth. Et habitauit dauid cum achis in geth
ipſe 7 viri ei⁹ 7 domus ei⁹ 7 due vxores eius:
achinoem iezrahelites 7 abigail vxor nabal
carmeli. Et nūciatū ē ſaul q̄ fugiſſet dauid
i geth.7 non addidit vltra querere eū. Dixit
aūt dauid ad achis:Si inueni gram i oculis
tuis:det̄ mihi loc⁹ i vna vrbiū regiōis hui⁹
ut habitē ibi. Cur eni manet ſeruus tuus in
ciuitate regis tecū? Dedit itaq̄ ei achis in
die illa ſicelech. Propter quā cauſā facta eſt
ſicelech regū iuda vſq̄ in diē hanc. Fuit aūt
numer⁹ dier̄ quib⁹ habitauit dauid i regiōe
philiſtinorū q̄tuor mēſiū. Et aſcēdit dauid 7
viri eius.7 agebāt p̄das ꝛ geſuri 7 ꝛ geȝre
7 ꝛ amalechitis. hi eni pagi habitabant in
terra antiquit⁹ eūtib⁹ ſur vſq̄ ad terrā egypti
Et ꝓcutiebat dauid oēm terrā illoꝝ nec re-
linquebat viuentē virū 7 mulierē: tollenſq̄
oues 7 boues 7 aſinos 7 camelos 7 veſtes
reuertebat̄.7 veniebat ad achis. Dicebat aūt
ei achis. In quē irruiſti hodie? Reſpōdebat
dauid. Cōtra meridiē iude 7 ꝓtra meridiem
hieramel 7 ꝓtra meridiē ceni. Virū 7 mulie-
rem nō viuificabat dauid:nec adducebat in
geth dicēs:ne forte loquāt̄ aduerſum nos.
Hec fecit dauid. Et hoc erat ꝛcretū illi oib⁹
diebus quib⁹ habitauit i regiōe philiſtinorū.
Credidit ḡ achis dauid dicēs: Multa ma-
la opatus eſt cōtra ꝓplm ſuū iſrl. Erit igitur
mihi ſeruus ſempitern⁹. XXVIII

Factū ē aūt in dieb⁹ illis cōgregaue-
rūt philiſtijm agmina ſua ut ꝓparent̄
ad bellū ꝛ iſrl. Dixitq̄ achis ad da-
uid. Sciēs nūc ſcito:q̄m mecū egredieris i ca
ſtris tu 7 viri tui. Dixitq̄ dauid ad achis:
Nūc ſcies q̄ factur⁹ eſt ſeru⁹ tu⁹. Et ait achis
ad dauid: Et ego cuſtodē capitis mei ponā te
cūctis dieb⁹. Samuel aūt mortu⁹ ē.plāxitq̄
eū oīs iſrl.7 ſepelierūt eū in ramatha vrbe
ſua. Et ſaul abſtulit magos 7 ariolos ꝺ tra
Cōgregatiq̄ ſūt philiſtijm.7 venerūt 7 ca-
ſtrametati ſūt i ſunā. Cōgregauit aūt 7 ſaul
vniuerſū iſrl.7 ꝛnit in gelboe. Et vidit ſaul
caſtra philiſtijm 7 timuit.7 expauit cor ei⁹
nimis. Cōſuluitq̄ dñm.7 non rñdit ei neq̄
p ſomnia neq̄ p ſacerdotes neq̄ p ꝓphꝛtas.
Dixitq̄ ſaul ſeruis ſuis: Quente mihi mu-
lierē habētē phitonē.7 vadā ad eā 7 ſciſcita-
bor pillā. Et dixerūt ſerui ei⁹ ad eū: Eſt mu-
lier phitonē hns i endor. Mutauit ḡ habi-
tū ſuū veſtituſq̄ ē alijs veſtimentis.7 abijt
ipſe 7 duo viri cū eo: venerūtq̄ ad mulierē
nocte.7 ait illi: Diuina mihi in phitone: 7
ſuſcita mihi quem dixero tibi. Et ait mulier
ad eū. Ecce tu noſti quāta fecerit ſaul 7 quō

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

erasserit magos ⁊ ariolos de tra. Quare ḡ insidiaris aīe mee ut occidar? Et iurauit ei saul ī dño dicēs: Viuit dñs: qa non eueniet tibi q̄cq̄ mali ppt̄ hāc rē. Dixitq; ei mulier: Quē suscitabo tibi? Qui ait: Samuelē̄ suscita. Cum aūt vidisset mulier samuelē: exclamauit voce mag̃. ⁊ dixit ad saul: Quare īposuisti mihi? Tu es.n.saul. Dixitq; ei rex: Noli timē. Quid vidisti? Et ait mulier ad saul. Deos vidi ascendētes de terra. Dixitq; ei: Qualis ē forma ei⁹? Que ait: Vir senex ascēdit. ⁊ ipse amict⁹ est pallio. Et intellexit saul q̄ samuel eēt. ⁊ iclinauit se sup̄ faciē suā in tra. ⁊ adorauit. Dixit aūt samuel ad saul Quare inq̄etasti me ut suscitarer? Et ait saul Coartor nimis. Siq̄dē philistijm pugnant aduersū me. ⁊ deus recessit a me. ⁊ exaudire me noluit neq; i manu ꝓphetaꝝ neq; p somnia. Vocaui ḡ te: ut oñderes mihi q̄d faciā Et ait samuel: Quid interrogas me cū dñs recesserit a te. ⁊ trāsierit ad emulū tuū? Faciet.n.tibi dñs sicut locut⁹ ē in manu mea: ⁊ scindet regnū tuū de mānu tua. ⁊ dabit illud ꝓximo tuo dauid quia nō obedisti voci dñi neq; feciste iram furoris ei⁹ i amalech. Idcirco quod pateris fecit tibi dñs hodie. ⁊ dabit dñs etiā isrl̄ tecū i mānu philistijm. Cras āt tu ⁊ filij tui mecū eritis: ⁊ castra isrl̄ tradet dñs i man⁹ philistijm. Statimq; saul cecidit porrect⁹ i tra. Extimuerat.n. ꝙba samuelis. ⁊ robur nō erat ī eo: qa nō comederat panē tota die illa. Ingressa est itaq; mulier illa ad saul. Cōturbat⁹ erat valde. Dixitq; ad eum: Ecce obediuit ancilla tua voci tue: ⁊ posui aiam meā in manu mea. ⁊ audiui sermones tuos quos locutus es ad me. Nūc igit̄ audi ⁊ tu vocem ancille tue. ⁊ ponā cora te buccellā panis ut comedēs ꝓualescas ⁊ possis iter agere. Qui renuit. ⁊ ait: Nō comedā. Coegerunt autē eū serui sui ⁊ mulier ⁊ tandē audita voce eoꝝ surrexit de terra. ⁊ sedit sup̄ lectum. Mulier autē illa habebat vitulū pascualē in domo ⁊ festinauit ⁊ occidit eū. Tollēsq; farinā miscuit eā. ⁊ coxit acima. ⁊ posuit añ saul ⁊ ante seruos eius. Qui cū comedissent surrexerūt ⁊ ābulauerūt p totā noctem illam. XXIX

Congregata sūt ergo philistijm vniuersa agmia īapt̄ec. Syr ⁊ isrl̄ castra metat⁹ ē sup̄ fontē q̄ erat in iezrabel. Et satrapæ q̄dē philistijm incedebāt ī centurijs ⁊ milib⁹: dauid aūt ⁊ viri ei⁹ erāt in nouissimo agmine cū achis. Dixerūtq; ꝓncipes philistijm ad achis: Quid sibi volūt hebrei isti? Et ait achis ad ꝓncipes philistijm. Nūq̄d igr̄ dauid q̄ fuit seru⁹ saul regis isrl̄. ⁊ est apud me multis dieb⁹ uel annis? Et nō inueni i eo q̄cq̄ ex die q̄ trāsfugit ad me vsq; in diē hāc: ꝙ satrapis nō places. Reuertē ḡ ⁊ vade i pace. ⁊ nō offendas oculos satrapaꝝ philistijm. Dixitq; dauid ad achis: Quid.n.feci ⁊ q̄d inueniſti i me seruo tuo a die q̄ fui i cōspectu tuo vsq; i diē hanc ut nō veniā ⁊ pugnē ꝯ inimicos dñi mei regis? Rñdens autē achis locut⁹ ē ad dauid: Scio q̄a bon⁹ es tu i oculis meis sicut angel⁹ dei. ꝙ ꝓncipes philistinoꝝ dixerunt: Non ascendet nobiscū in pliū. Igit̄ ꝓsurge mane tu ⁊ serui dñi tui qui venerūt tecū. ⁊ cū de nocte surrexeritis ⁊ ceperit diluescē. pgite. Surrexit itaq; de nocte dauid ipse ⁊ viri eius ut ꝓficiscerēt̄ mane. ⁊ reuerterent̄ ad tra philistijm. Philistijm aūt ascenderunt in iezrabel. XXX

Cumq; venissent dauid ⁊ viri eius ī sicelech die tertia. amalechite ipetū fecerant ex pte australi in sicelech. ⁊ pcusserāt sicelech. ⁊ succenderant eā igni. Et captiuas duxerāt mulieres ex ea a minimo vsq; ad magnū. ⁊ nō interfecerāt quēq̄. ꝙ secū duxerāt ⁊ pgebāt itinere suo. Cū ḡ venisset dauid ⁊ viri ei⁹ ad ciuitatē. ⁊ īuenissent eam succensam igni ⁊ vxores suas ⁊ filios suos ⁊ filias ductas eē captiuas: leuauerūt dauid ⁊ ꝓp̄ls q̄ erat cū eo voces suas. ⁊ planxerūt donec deficerēt ī eis lachryme. Siq̄dē ⁊ due vxores dauid captiue ducte fuerāt achinoē iezrabelites. ⁊ abigail vxor nabal carmeli. Et cōtristat⁹ est dauid valde. Volebat.n. eū ꝓp̄ls lapidare: qa amara erat aia vniuscuiusq; viri sup̄ filijs suis ⁊ filiab⁹. Cōfortat⁹ ē

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

aũt dauid in dño deo suo. et ait ad abiathar sacerdotẽ filiũ achimelech: Applica ad me ephot. Et applicauit abiathar ephot ad dauid. et ꝓsiluit dauid dñm dicẽs: Persequr latrũculos hos. et ꝓpẽdã eos an nõ? Dixitq; ei dñs. Persequere absq; dubio. n. cõprehẽdes eos et excuties predam. Abijt ḡ dauid ipse et sexcẽti viri q̃ erãt cum eo. et uenerunt vsq; ad torrentẽ besor. et lassi q̃dã substiterunt. Persecut⁹ est aũt dauid ipse et q̃dringenti viri cũ eo: substiterãt. n. ducẽti q̃ lassi transire nõ poterãt torrentẽ besor. Et inuenerunt virũ egyptiũ i agro. et adduxerũt eũ ad dauid. Dederũtq; ei panem ut comedẽt et bibẽt aquã: ꝫ et fragmen masse caricarũ. et duas ligaturas uuepasse. Qui cũ comedisset reuers⁹ ẽ spũs ei⁹. et refocillat⁹ ẽ. Non. n. comederat panem neq; biberat aquã trib⁹ dieb⁹ et trib⁹ noctibus. Dixit itaq; ei dauid: Cuius es tu uel unde. et q̃ pgis? Qui ait: Puer egyptius ego sũ: seru⁹ viri amalechite. Dereliquit aũt me dñs me⁹: qa egrotare cepi nudiust terti⁹. Si q̃dẽ nos erupim⁹ ad australẽ plagã ceretbi et ꝑ iudã. et ad meridiẽ caleph. et sicelech succendimus igni. Dixitq; ei dauid: Potes me ducere ad istũ cuneũ? Qui ait: Jura mihi ꝑ deũ q̃ non occidas me. et nõ tradas me i manus dñi mei. et ego ducam te ad cuneũ istũ. Et iurauit ei dauid. Qui cũ duxisset eũ ecce illi discũbebãt sup faciem uniuerse tre comedentes et bibẽtes. et q̃si festũ celebrãtes diẽ ꝑ cũcta ꝑda et spolijs q̃ cepãt de tra philistijm et de tra iuda. Et percussit eos dauid a uespera usq; ad uespã alteri⁹ diei. et nõ euasit ex eis q̃sq; nisi tñ q̃drigẽti viri adolescẽtes q̃ ascenderãt camelos et fugerãt. Eruit ḡ dauid oia q̃ tulerant amalechite. et duas uxores suas eruit. Nec defuit q̃sq; a puo usq; ad magnũ tam de filijs q̃ de filiab⁹ et de spolijs. et q̃cũq; rapuerãt oia reduxit dauid. et tulit uniuersos greges et armẽta. et minauit añ faciẽ suã Dixerũtq;: hec est ꝑda dauid. Uenit aũt dauid ad ducẽtos uiros q̃ lassi substiterãt nec sequi poterãt dauid. et residẽ eos insserat i torrente besor. Qui egressi sũt obuiam dauid. et ppl'o q̃ erat cũ eo. Accedẽs aũt dauid ad populũ salutauit eos pacifice. Rñdẽsq; uis uir pessim⁹ et iniqu⁹ de uiris q̃ erãt cũ dauid dixit. Quia nõ uenerũt nobiscũ non dabimus eis q̃cq̃ de ꝑda quã eruimus ꝫ sufficiat unicuiq; uxor sua et filij. q̃s cũ acceperint recedãt.

Dixit aũt dauid. Nõ sic facietis frẽs mei de his q̃ tradidit nob⁹ dñs. et custodiuit nos. et dedit latrũculos q̃ erupãt aduersũ nos i manus nras. nec audiet uos q̃sq; sup sermõe hũ. Equa. n. ps erit descendẽtis ad ꝓliũ. et remanẽtis ad sarcinas. et sicut diuidẽt. Et factũ est hũ ex die illa. et deinceps ꝓstitutũ et ꝓfinitũ. et q̃i lex i isrl' usq; i diẽ hãc. Uenit ḡ dauid in sicelech. et misit dona de ꝑda seniorib⁹ iuda. proximis suis dicẽs: Accipite bñdictionẽ de ꝑda hostiũ dñi. his q̃ erãt in bethel et q̃ in ramoth ad meridiem. et q̃ i gether. et q̃ i aroer. et q̃ i sephamoth. et q̃ i estham. et q̃ in rachal. et q̃ i urbib⁹ hierameli. et q̃ in urbib⁹ ceni. et q̃ in rama. et q̃ in lacu asan. et q̃ i athach. et q̃ in hebron. et reliqs q̃ erãt i bis locis i q̃b⁹ cõmoratus fuerat dauid et uiri eius. XXXI

Philistijm aũt pugnabant aduersum isrl'. Et fugerũt uiri isrl' añ faciẽ philistijm. et ceciderunt infecti in monte gelboe. Irruerũtq; philistijm i saul et i filios ei⁹. et ꝓcusserunt ionathã et abinadab et melchisue filios saul: totũq; pondus ꝓlij ꝓsũ ẽ in saul. Et cõsecuti sũt eũ uiri sagittarij. et uulneratus ẽ uehemẽter a sagittarijs. Dixitq; saul ad armigerꝝ suũ: Euagina gladiũ tuũ et ꝓcute me: ne forte ueniant incircũcisi isti et interficiant me illudẽtes mihi. Et noluit armiger ei⁹: fuerat. n. nimio timore ꝓterrit⁹. Arripuit itaq; saul gladiũ suũ et irruit sup eũ. Qd cũ uidisset armiger eius uidelz q̃ mortu⁹ esset saul: irruit etiã ipse sup gladiũ suũ et mortu⁹ ẽ cũ eo. Mortu⁹ est ḡ saul et tres filij ei⁹ et armiger illi⁹. et uniuersi uiri ei⁹ i die illa pariter Uidẽtes aũt filij isrl' q̃ erant trãs uallẽ et trãs iordanẽ q̃ fugissent uiri isrl'ite. et q̃ mortu⁹ eẽt saul et tres filij eius: reliquerũt ciuitates suas et fugerũt. Uenerũtq; philistijm et habitauerũt ibi. Facta aũt die alta uenerũt philistijm ut expoliarẽt interfectos. et inuenerunt saul et tres filios ei⁹ iacentes i monte gelboe. Et ꝑciderũt caput saul. et expoliauerũt eũ armis. et miserũt i tram philistinoꝝ ꝑ circuitũ ut ãnũciarent i tẽplo idoloꝝ et i ppl'is. Et posuerũt arma ei⁹ i tẽplo astaroth: corp⁹ uo ei⁹ suspẽderũt in muro bethsan. Qd cũ audissent habitatores iabes galaad q̃cũq; fecerãt philistijm saul: surrexerunt oes uiri fortissimi. et ambulauerũt tota nocte. et tulerunt cadauer saul et cadauera filioꝝ ei⁹ de muro bethsan. Uenerũtq; uiri iabes galaad. et ꝓbusserũt ea

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

igni.7 tulerũt ossa eoꝝ.7 sepelierũt in nemore iabes.7 ieiunauerunt septem diebus.

Explicit primꝰ liber Samuelis
Incipit secundus. Caplm I

FActũ est autẽ postq̃ mortuꝰ ẽ saul ut dauid reuerteretur a cede amalech.7 maneret i siceleca duos dies. In die aũt ẽtia apparuit bõ veniẽs de castris saul·veste cõscissa 7 pulueꝝ sup̃ suũ caput. Et ut venit ad dauid cecidit sup faciẽ suã.7 adorauit. Dixitq̃ ad eũ dauid: Unde venis? Qui ait ad eum. De castris isrl fugi. Et dixit ad eũ dauid: Qd ẽ ꝟbũ qd factũ est? Indica mi. Qui ait: Fugit populꝰ ex prelio.7 multi corruẽtes e populo mortui sũt: ꝫ 7 saul 7 ionathas filiꝰ eiꝰ interierũt. Dixitq̃ dauid ad adolescẽtẽ q̃ nũciabat ei. Unde scis qa mortuꝰ ẽ saul 7 ionathas filiꝰ eius? Ait adolescẽs q̃ nũciabit ei. Casu veni in montẽ gelboe.7 saul incũbebat super hastã suã: porro currꝰ 7 eq̃tes appropinquabant ei.7 cõuersus pꝰ tergũ suũ. vidensq̃ me vocauit. Cui cũ rñdissem adsũ. dixit mihi: Quis nã es tu? Et aio ad eũ: Amalechites ego sũ. Et locutꝰ ẽ mihi: Sta sup me 7 interfice me: qm̃ tenẽt me angustie.7 adhuc tota aia mea i me ẽ. Stansq̃ sup eũ occidi illum. Sciebã.n.q̃ viuẽ nõ porat pꝰ ruinã. Et tuli diadema qd erat in capite eiꝰ.7 armillam de brachio illius.7 attuli ad te dñm meũ huc. Apprehendẽs aũt dauid vestimenta sua scidit. oẽsq̃ viri q̃ erãt cũ eo.7 planxerũt 7 fleuerũt 7 ieiunauerũt vsq̃ ad vesp̃ã sup saul 7 sup ionathan filiũ eiꝰ.7 sup̃ pplm dñi.7 sup domũ isrl: eo q̃ corruissent gladio. Dixitq̃ dauid ad iuuenẽ q̃ nũciauerat ei: Unde es tu? Qui rñdit: Filiꝰ ꝟxis aduene amalechite ego sum. Et ait ad eum dauid: Quare non timuisti mittẽ manũ tuã ut occideres xp̃m dñi? Uocãsq̃ dauid vnũ de pueris suis ait: Accedẽs irrue in eũ. Qui pcussit illũ 7 mortuꝰ ẽ. Et ait ad eũ dauid: Sãguis tuꝰ sup caput tuũ. Os.n.tuũ locutũ est aduersũ te dicẽs: ego interfeci xp̃m dñi. Plãxit autẽ dauid plãctũ huiuscemõi sup saul 7 sup ionathan filiũ eiꝰ.7 p̃cepit ut docerẽt filios iuda arcũ: sicut scriptũ est in libro iustoꝝ. Et ait: Considera isrl ꝑ bis qui mortui sũt: sup excelsa tua vulnerati. Inclyti isrl sup montes tuos interfecti sũt. Quõ ceciderũt fortes? Nolite annũciare in geth·neq̃ annũcietis in cõpitis ascalonis: ne forte letent filie philistijm·ne exultẽt filie incircũcisoꝝ. Mõtes gelboe nec ros nec pluuia veniant supra vos. Neq̃ sint agri p̃mitiaꝝ: qa ibi abiectꝰ ẽ clypꝰ fortium· clypꝰ saul q̃si nõ esset vnctꝰ oleo·a sanguine interfectorũ ab adipe fortiũ. Sagitta ionathe nũq̃ redijt retrorsũ. 7 gladius saul nõ est reuersus ianis. Saul 7 ionathas amabiles 7 decori valde i vita sua·i morte q̃ nõ sunt diuisi. Aq̃lis velociores: leonibꝰ fortiores. Filie isrl sup saul flete q̃ vestiebat vos coccino in delitijs: q̃ pbebat ornamẽta aurea cultui vro. Quõ ceciderẽt fortes i plio? Jonathas i excelsis tuis occisus ẽ. Doleo sup te frater mi ionatha decore nimis.7 amabilis super amorẽ mulieꝝ. Sicut mat vnicũ amat filiũ suũ·ita ego te diligebã. Quõ ceciderũt robusti.7 perierunt arma bellica? II

Hit pꝰ hec q̃suluit dauid dñm dicens: Ascẽdã in vnã de ciuitatibꝰ iuda? Et ait dns ad eũ: Ascẽde. Dixitq̃ dauid: Quo ascendã? Et rñdit ei: In hebron. Ascẽdit ig̃ dauid 7 due vxores eiꝰ achinoem iezrahelites 7 abigail vxor nabal carmeli: ꝫ 7 viros q̃ erãt cũ eo duxit dauid singulos cũ domo sua.7 manserũt i oppidis hebron. Venerũtq̃ viri iuda.7 unxerũt ibi dauid ut regnaret sup domũ iuda. Et nũciatũ ẽ dauid q̃ viri iabes galaad sepelissent saul. Misit ig̃ dauid nũcios adviros iabes galaad·dixitq̃ ad eos: Bñdicti vos a dño q̃ fecistis miam hanc cũ dño vro saul.7 sepelistis eũ. Et nũc retribuet vob q̃dẽ dns miam 7 ꝟitatẽ.7 ego reddã gram eo q̃ fecistis ꝟbũ istud. Cõfortent manꝰ vre.7 estote filij fortitudis. Licz eni mortuus sit dns vester saul: tñ me unxit domꝰ iuda i regẽ sibi. Abner aũt filiꝰ ner princeps exercitus saul·tulit ilboseth filiũ saul.7 circũduxit eũ p castra·regẽq̃ cõstituit super galaad.7 sup gessuri.7 sup iezrahel.7 sup ephraim.7 sup beniamin.7 sup isrl vniuersum. Quadragita ãnoꝝ erat ilboseth filiꝰ saul cũ regnare cepisset sup isrl.7 duobus annis regnauit. Sola autẽ domꝰ iuda seqbat dauid. Et fuit numerꝰ dieꝝ q̃s cõmoratꝰ est dauid ibi regãs i hebron sup domũ iuda septẽ ãnoꝝ 7 sex mensiũ. Egressusq̃ est abner filiꝰ ner 7 pueri ilboseth filij saul de castris in gabaon

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Porro ioab filius saruie. et pueri dauid egressi sūt. et occurrerūt eis iuxta piscinā gabaon. Et cū in vnū cōuenissent. e regione sederūt hi in vna parte piscine. et illi ex altera. Dixitq; abner ad ioab: Surgāt pueri. et ludāt coram nobis Et rndit ioab: Surgāt. Surrexerūt ergo et trāsierunt nūero duodecim de beniamin ex parte isboseth filij saul. et duodeci de pueris dauid Appēhensoq; vnusquisq; capite cōparis sui defixit gladiū i latus p̄trarij. et ceciderūt sil. Vocatūq; ē nomē loci illius ager robustoꝝ in gabaon. Et ortū ē bellū durū satis i die illa. fugatusq; ē abner et viri israhel a pueris dauid. Erant āt ibi tres filij saruie. ioab et abisai et asahel. Porro asahel cursor velocissimus fuit qui vnus de capreis q̄ morant in siluis. Persequebat aūt asahel abner. et nō declinauit ad dexterā siue ad sinistrā omittēs p̄sequi abner Respexit itaq; abner p̄ tergū suū. et ait: Tu ne es asahel? Cui rndit: Ego sū. Dixitq; ei abner: Vade ad dexteram siue ad sinistrā. et appēhende vnū de adolescentib⁹. et tolle tibi spolia eius. Noluit aūt asahel omittē q̄n vrgeret eū. Rursūq; locutus ē abner ad asahel. Recede et noli me seq̄. ne forte cogar p̄fodere te i terrā. et leuare nō potero faciē meā ad ioab frēm tuum. Qui audire nolēbat. et noluit declinare. Percussit ergo eū abner auersa hasta in inguine et transfodit. et mortuus est i eodē loco. Omnesq; q̄ transibāt p locū illum i q̄ ceciderat asahel et mortuus erat. substistebāt. Persequēt⁹ aūt ioab et abisai fugientē abner. sol occubuit. Et venerūt vsq; ad collē aq̄ductus qui ē ex aduerso vallis et itineris deserti i gabaon. Congregatiq; sūt filij beniamin ad abner. et et conglobati i vnū cuneū steterūt i sūmitate tumuli vni⁹. Et exclamauit abner ad ioab et ait: Nūquid vsq; ad interitionē tuus mucro deseuiet? An ignoras q̄ periculosa sit desperatio? Vsq; quo nō dicis populo ut omittat p̄sequi frēs suos? Et ait ioab: Viuit dñs: si locutus fuisses mane recessisset populus p̄sequēs frēm suū. Insonuit ergo ioab buccina. et stetit omis exercitus: nec p̄secuti sūt vltra israh: neq; iniere certamen. Abner aūt et viri eius abierūt p campestria moab tota nocte illa. et trāsierūt iordanē. et lustrata oi bethoron venerunt ad castra. Porro ioab reuersus omisso abner cōgregauit oēm populū. et defuerūt de pueris dauid decē et nouē viri excepto asahele. Serui aūt dauid percusserūt de beniamin et de viris q̄ erāt cū abner trecentos sexaginta: q̄ et mortui sūt. Tulerūtq; asahel. et sepelierūt eū in sepulchro p̄ris sui in bethleem. Et ambulauerūt tota nocte ioab et viri qui erāt cū eo. et i ipso crepusculo pueneruntin hebron. III

Facta ē q̄q; longa cōcertatio inter domū dauid et inter domū saulis: dauid p̄ficiens et sp̄ sibi ipso robustior: dom⁹ aūt saul decrescens quotidie. Natiq; sūt filij dauid in hebron. Fuitq; p̄mogenit⁹ eius amon de achinoem iezrahelite. et p̄ eū chaleab de abigail vxore nabal carmeli. Porro tertius absalon filius maacha filie tholomai regis gessur. Quartus āt adonias filius agith. et quintus saphacias filius abithal. Sextus q̄q; iethraam de egla vxore dauid. hi nati sūt dauid i hebron Cū q̄q; adhuc p̄liū inter domū saul et domū dauid: abner filius ner regebat domū saul. Fuerat aūt saulis pellex concubina nomine respha filia achia. ingressusq; ē ad eā abner. Dixitq; isboseth ad abner: Quare ingressus es ad cōcubinā patris mei? Qui iratus nimis p̄ter q̄ba isboseth. ait Numq̄d caput canis ego sū aduersus iudā hodie q̄ fecerim misericordiam super domū saul p̄ris tui. et super frēs et p̄rios eius. et nō tradidi te in manu dauid. et tu requisisti in me q̄ argueres p̄ muliere hodie? Hec faciat deus abner. et hec addat ei: nisi quō iurauit dñs dauid sic faciā cū eo ut transferat regnū de domo saul. et eleuetur thron⁹ dauid super israh et super iudā a dan vsq; bersabee. Et non potuit respondere ei quicq̄ q̄a metuebat illū. Misit ergo abner nūcios ad dauid i hebron p̄ se dicētes: Cuius est terra? Et ut loquerēt. Fac mecū amicitias. et erit manus mea tecū. et reducā ad te vniuersū israh. Qui ait: Optime. Ego faciā tecum amicitias. hanc vnā rē peto a te dicēs: Non videbis faciē meā absq; adductione michol filiā saul. et sic venies et videbis me. Misit aūt dauid nūcios ad isboseth filiū saul dicēs: Redde vxorē meā michol quā despōdi mihi centū p̄putijs philistiim Misit ergo isboseth. et tulit eā a viro suo phaltiel filio lais. Seqbatq; eā vir suus plorās vsq; baurim. Et dixit ad eū abner: Vade et reuertere. Qui reuersus ē. Sermonē q̄q; habuit abner ad seniores israh dicēs: Tā heri q̄q; nudius tertius querebatis dauid ut regnaret super vos. Nūc ergo facite: quia dñs locutus ē ad dauid dicēs: In manu serui mei dauid saluabo p̄plm meū israh de manu philistiim et omniū inimicorum eius. Locutus ē autem abner etiā

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ad beniamin. Et abiit ut loq̃ret ad dauid in hebron oia q̃ placuerãt isr'li 7 vniũso benamin. venitq; ad dauid i hebron cũ vigiti virs. Et fecit dauid abner 7 viris ei⁹ q̃ venerant cum eo conuiuiũ. Et dixit abner ad dauid: Surgã ut ꝓgregẽ ad te dñm meũ regẽ oẽm isr'l. 7 ineam fecũ fed⁹. 7 ipe res oĩb⁹ sicut velit verat aia tua. Cũ q̃ veduxisset dauid abner 7 ille isset i pace. stati pueri dauid 7 ioab venerũt cesis latromb⁹ cũ p̃da magna nimis. Abner aũt nõ erat cũ dauid i hebron. qa iã dimiserat eũ. 7 pfect⁹ fuerat i pace. 7 ioab 7 ois exercit⁹ qui erant cũ eo postea venerant. Nũciatũ ẽ itaq; ioab a narrãtib⁹. Venit abner filius ner ad regẽ. 7 dimisit eũ. 7 abiit in pace. Et ingressus ẽ ioab ad regẽ. 7 ait: Quid fecisti? Ecce venit abner ad te. Quare dimisisti eũ. 7 abiit 7 recessit? Iḡras abner filium ner qm̃ ad h̃ venit ut decipere te. 7 scire exitũ tuũ 7 introitũ tuũ. 7 nosset oia que agis? Egressus itaq; ioab a dauid misit nuncios p⁹ abner. 7 reduxit eũ a cisterna syra iḡrante dauid. Cũq; rediisset abner in hebron seorsũ adduxit eũ ioab ad mediũ porte ut loq̃ret ei in dolo. 7 percussit illũ ibi in inguine 7 mortu⁹ est in vltionẽ sanguinis asabel fratris eius. Quod cũ audiisset dauid rem iam gestã. ait: Mund⁹ ego sũ. 7 regnũ meũ apud deũ vsq; i sempiternũ a sanguine abner filij ner. 7 veniat sup caput ioab 7 sup oẽm domũ patris eius nec deficiat de domo ioab fluxũ seminis sustinẽs 7 leprosus 7 tenẽs fusũ. 7 cadẽs gladio 7 indigẽs pane. Igit̃ ioab 7 abisai frat̃ ei⁹ interfecerũt abner. eo q̃ occidisset asabel fratrẽ eoꝝ i gabaon i p̃lio. Dixit autẽ dauid ad ioab. 7 ad oẽm pplm̃ q̃ erat cũ eo. Scindite vestimẽta vra 7 accingimini saccis. 7 plãgite añ exeq̃as abner. Porro rex dauid seq̃batur feretr̃. Cũq; sepelissent abner in hebron: leuauit rex dauid vocẽ suã: 7 fleuit sup tumulũ abner. Fleuit aũt 7 ois pplus. Plangẽsq; rex 7 lugẽs abner. ait: Neq̃q̃ ut mori solẽt ignaui. mortu⁹ es abner. Manus tue ligate nõ sũt. 7 pedes tui nõ sũt cõpedib⁹ aggrauati: sic sicut solẽt cadẽ coram filijs iniq̃tat̃ sic corruisti. Congeminãsq; ois pplus. fleuit super eũ. Cũq; venisset vniuersa multitudo cibũ capere cũ dauid clara adhuc die. iurauit dauid dicẽs: Hec faciat mihi de⁹. 7 h̃ addat si ante occasũ solis gustauero panẽ ul' aliud quicq̃. Oisq; pplus audiuit. 7 placuerũt eis cũcta que fecit rex in cõspectu ois populi. Et cognouit oẽ vulg⁹ 7 vniuersus isr'l i die illa: qm̃ nõ actũ fuisset a rege ut occideret abner filius ner. Dixit q̃q; rex ad seruos suos: Nũ iḡratis qm̃ princeps 7 maxim⁹ cecidit hodie i isr'l? Ego autẽ adhuc delicat⁹ 7 unctus rex. Porro viri isti filij saruie duri mihi sũt. Retribuat dñs facienti malũ iuxta malitiã suã.

IIII

Audiuit aũt isboseth filius saul q̃ cecidisset abner in hebron. 7 dissolute sũt manus ei⁹: oisq; israel perturbatus est. Duo aũt viri principes latronũ erãt filio saul: nomẽ vni banaa. 7 nomẽ alteri rechab filij rẽmon berothite de filijs beniamin. Siqdẽ 7 beroth reputata ẽ i beniamin Et fugerũt berothite in gethaim: fueruntq; ibi aduene vsq; ad tempus illud. Erat autẽ ionathe filio saul filius debilis pedib⁹. Quinquẽnis. n. fuit qñ venit nũci⁹ de saul 7 ionatha ex iezrahel. Tollens itaq; eũ nutrix sua fugit. Cũq; festinaret ut fugeret. cecidit. 7 claudus effectus ẽ. habuitq; vocabulũ mipbiboseth. Veniẽtes igit̃ filij rẽmon berothite rechab 7 banaa: ingressi sũt feruẽte die domũ isboseth. Qui dormiebat super stratum suũ meridie. 7 ostiaria dom⁹ purgãs triticũ obdormiuit. Ingressi sũt aũt domũ latenter assumẽtes spicas tritici. 7 percusserũt eũ in inguine rechab 7 banaa frat̃ ei⁹. 7 fugerunt. Cũ aũt ingressi fuissent domũ. ille dormiebat sup lectũ suũ i cõclaui. 7 percutiẽtes interfecerũt eum. Sublatoq; capite ei⁹ abierũt p viam deserti tota nocte. 7 attulerũt caput isboseth ad dauid i hebron. Dixerũtq; ad regẽ: Ecce caput isboseth filij saul ĩmici tui q̃ q̃rebat animã tuã. 7 dedit dñs dño nr̃o regi vltionẽ hodie de saul 7 de semine eius. Respondens autem dauid rechab 7 banaa fri eius filijs rẽmon berothite. dixit ad eos: Viuit dñs qui eruit animã meã de oi angustia: qm̃ eũ qui annũciauerat mihi 7 dixerat mortuus est saul. q̃ putabat se. pspera nũciare. tenui 7 occidi eũ i siceleth cui oportebat me mercedẽ dare pro nũcio. Quãto magis nũc cũ homines impij interfecerũt virũ innoxiũ i domo sua sup lectũ suũ nõ quer̃ sanguinẽ ei⁹ de manu vr̃a. 7 auferã vos de terra? Precepit itaq; dauid pueris suis. 7 interfecerũt eos. pcidẽtesq; man⁹ 7 pedes eoꝝ: suspẽderũt eos sup piscinã in hebron. Caput aũt isboseth tulerũt. 7 sepelierũt i sepulchro abner in hebron.

V

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ET venerũt vniuerse trib⁹ isrł ad dauid in hebron dicẽtes: Ecce nos os tuũ ⁊ caro tua sum⁹. Sz ⁊ heri ⁊ nudiusтertius cũ esset rex saul sup nos: tu eras educẽs ⁊ reducẽs isrł. Dixit autẽ dñs ad te: Tu pasces pplm meũ isrł. ⁊ tu eris dux sup isrł. Venerũt qꝫ ⁊ seniores isrł ad regẽ i hebron. ⁊ pcussit cũ eis rex dauid fed⁹i hebron coraꝫ dño: vnxeruntqꝫ dauid in regẽ sup isrł. Fili⁹ trigita ãnoꝝ erat dauid cũ regnare cepisset. ⁊ q̃dragita ãnis regnauit. In hebron regnauit sup iudã septẽ ãnis ⁊ sex mẽsibus: in irłm aũt regnauit trigitatrib⁹ ãnis super oẽm isrł ⁊ iudã. Et abiit rex ⁊ oẽs viri q̃ erant cũ eo in irłm ad iebusẽũ habitatorẽ ẽre. Dictũqꝫ ẽ dauid ab eis. Nõ ingredier̃ huc nisi abstuler̃ cecos ⁊ claudos: dicentes: Non ingredietꝫ dauid huc. Cepit aũt dauid arcẽ syon: ꝟ est ciuitas dauid. Proposuerat. n. dauid in die illa pmiũ q̃ pcussisset iebuseũ ⁊ tetigisset domatũ fistulas. ⁊ abstulisset cecos ⁊ claudos odiẽtes aiaz dauid. Idcirco dicit̃ puerbio Cec⁹ ⁊ claud⁹ nõ intrabũt in tẽplũ. Habitauit aũt dauid i arce syon. ⁊ vocauit eã ciuitatẽ dauid. ⁊ edificauit p gyrũ a mello ⁊ intrisec⁹. Et ingrediebatꝫ pficiẽs atqꝫ succrescẽs ⁊ dñs ⁊ dominꝰ exercituũ erat cũ eo. Misitqꝫ hiram rex tyri nũcios ad dauid ⁊ ligna cedrina ⁊ artifices lignoꝝ: artificesqꝫ lapidũ ad parietes. ⁊ edificauerunt domũ dauid. Et cognouit dauid qm̃ cõfirmasset eũ dñs regẽ sup isrł. ⁊ qm̃ exaltasset regnũ ei⁹ sup pplm suũ israhel. Accepit g̃ dauid adhũc pcubinas ⁊ vxores de irłm p⁹ qꝫ venerat de hebron. Natiqꝫ sũt dauid ⁊ alij filij ⁊ filie. ⁊ hꝫ noia eoꝝ q̃ nati sunt ei i irłm. Samua ⁊ sobab ⁊ nathan ⁊ salomõ ⁊ iabaar ⁊ helisua ⁊ nepheg. ⁊ iaphia ⁊ helisama ⁊ helida ⁊ helifeleth. Audierũt g̃ philistiim qꝫ vnxissent dauid in regem super isrł ⁊ ascenderũt vniuersi ut q̃rerẽt dauid. Qõ cũ audisset dauid descẽdit i presidiũ. Philistiim aũt venientes diffusi sũt i valle raphai. Et psuluit dauid dñm dicẽs: Si ascẽdã ad philistiim. ⁊ si dabis eos in manu mea? Et dixit dñs ad dauid: Ascẽde: qa tradẽs dabo philistiim i manu tua. Venit g̃ dauid in baalpharasim. ⁊ percussit eos ibi. ⁊ dixit: Diuisit dñs inimicos meos coram me: sicut diuidũt aque. Propter̃a vocatũ ẽ nomẽ loci illi⁹ baalpharasim. Et reliq̃rũt ibi sculptilia sua q̃ tulit dauid ⁊ viri ei⁹. Et addiderũt adhuc philistiim ut ascẽderẽt. ⁊ diffusi sunt in valle raphaim. Cõsuluit aũt dauid dñm. Si ascẽdã ꝯ philisteos. ⁊ tradas ei⁹ in man⁹ meas? Qui rñdit: Non ascẽdas ꝯ eos: sed gyra post tergũ eoꝝ. ⁊ venies ad eos ex aduerso piroꝝ. Et cũ audiens sonitũ gradiẽtis in cacumie piroꝝ: tũc inibis pliũ: qa tunc egredietꝫ dñs añ faciẽ tuã: ut pcutiat castra philistiim. Fecit itaqꝫ dauid sicut pcepat ei dñs. ⁊ pcussit philistiim de gabaa vsqꝫ dum venias geçer.

Congregauit aũt rursũ dauid VI oẽs electos ex israhel trigita milia. Surrexitqꝫ dauid ⁊ abiit ⁊ vniuersus pplꝰ q̃ erat cũ eo de viris iuda ut adducerent archã dei: sup quã inuocatũ est nomen dñi exercituũ sedẽtis i cherubin super eã. Et iposuerũt archã dei sup plaustrũ nouũ. Tulerũtqꝫ eã de domo aminadab q̃ erat i gabaa. Oça aũt ⁊ hayo filij aminadab minabãt plaustꝫ nouũ. Cũqꝫ tulissent eã de domo aminadab q̃ erat i gabaa custodiẽs archã dei: hayo pcedebat archã dei: dauid aũt ⁊ oĩs isrł ludebãt coraꝫ dño in oĩb⁹ lignis fabrefactis ⁊ citharis ⁊ liris ⁊ tympanis ⁊ sistris ⁊ cymbalis. Postqꝫ aũt venerũt ad aream nachor extẽdit oça manũ ad archã dei. ⁊ tenuit eã: qm̃ calcitrabãt boues. ⁊ declinauerunt eã. Iratusqꝫ ẽ idignatiõe dñs ꝯ oçam. ⁊ pcussit eũ sup temeritate: q̃ mortu⁹ ẽ ibi iuxta archã dei. Cõmistat⁹ est aũt dauid eo qꝫ pcussisset dñs oçam. ⁊ vocatũ ẽ nomẽ lociilli⁹ pcussio oçe vsqꝫ i diẽ hãc. Et extimuit dauid dñm in die illa dicens: Quõ ingredietꝫ ad me archa dñi? Et noluit diuertẽ ad se archã dñi i ciuitatẽ dauid. ꝫ diuertit eã in domũ obededom getthei. Et habitauit archa dñi in domo obededom getthei trib⁹ mensibus. ⁊ bñdixit dñs obededom. ⁊ oĩa eius ppter archam dñi. Dixitqꝫ dauid: Ibo. ⁊ reducam archam: cũ benedictione in domũ meã. Abiit g̃ dauid. ⁊ adduxit archã dei de domo obededom i ciuitatẽ dauid cum gaudio. ⁊ erant cũ dauid septẽ chori. ⁊ victima vituli. Cũqꝫ transcendissent q̃ portabant archã dñi sex passus: immolabant boue ⁊ ouẽ ⁊ arietẽ. ⁊ dauid pcutiebat in organis armigaꝫ. ⁊ saltabat totꝫ virib⁹ añ dñm. Porro dauid erat accinct⁹ epbot lineo. ⁊ dauid ⁊ oĩs domus isrł ducebant archã testamẽti dñi in iubilo ⁊ in clangore buccine. Cũqꝫ intrasset

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

archa dñi i ciuitate dauid-michol filia saul
prspiciens p fenestrā:vidit regē dauid subsi-
lientē atq; saltantē coram dño.7 despexit eum
i corde suo.Et introduxerūt archā dñi.7 ipo-
suerūt eā i loco suo in medio tabernaculi qđ
tetēderat ei dauid.7 obtulit dauid holocau-
sta coram dño 7 pacifica. Cūq; cōplesset offe-
rens holocausta 7 pacifica: bñdixit ppl'o in
noie dñi exercituū. Et partitus est vniuerse
multitudini isrl'-tā viro q̄ mulieri singulis
collyridā panis vnam.7 assaturam bubale
carnis vnā.7 similā frixā oleo. Et abijt ois
ppl's vnusq;sq; i domū suā. Reuersusq; ē da-
uid ut bñdiceret domui sue.7 egressa michol
filia saul i occursū dauid-ait: Quā gloriosus
fuit hodie rex isrl' discoopiens se añ ancillas
seruoꝝ suoꝝ.7 nudat⁹ ē q̄si si nudet⁹ vnus de
scurris. Dixitq; dauid ad michol: Viuit dñs-
qa ludā añ dñm q elegit me pot⁹ q̄ patrem
tuū7 q̄ oēm domū ei⁹.7 p̄cepit mihi ut essem
dux sup ppl'm dñi i isrl'. Et ludā 7 vilior fiā
plusq̄ fact⁹ sū.7 ero humilis i oculis meis:
7 cū ancillis de q̄b⁹ locuta es glorioſior appa
rebo. Igit̄ michol filie saul nō est natus fili⁹
vsq; in diem mortis sue. VII

Factū ē autē cū sedisset rex in domo
sua.7 dñs dedisset ei requiē vndiq;
ab vniuersis inimicis suis-dixit ad
natā pphetā. Vides ne q̄ ego habitē i do-
mo cedrina:7 archa dei posita sit in medio
pelliū? Dixitq; nathan ad regē: Ē qđ est in
corde tuo vade fac:qa dñs tecū ē. Factū est
aūt in illa nocte.7 ecce sermo dñi ad nathan
dicens: Vade 7 loquē ad seruū meū dauid:
Hec dicit dñs. Nūqd tu edificabis mihi do-
mū ad habitandū? Neq; n. habitaui i domo
ex die illa q̄ eduxi isrl' de tra egypti vsq; i diē
hāc: s ābulabā i tabnaculo 7 in tētorio per
cūcta loca q̄ trāsiui cū oib⁹ filijs isrl'. Nūqd
loquēs locut⁹ sum ad vnā de tribub⁹ isrl' cui
p̄cepi ut pa cēt ppl'm meū isrl' dicēs: q̄re nō
edificasti mihi domū cedrinā? Et nunc h̄ di-
ces seruo meo dauid. Hec dicit dominꝰ exer-
cituū: Ego tuli te de pascuis sequētē greges
ut esses dux super ppl'm meū isrl'.7 fui tecum
in oib⁹ vbicūq; ābulasti.7 interfeci vniuersos
inimicos tuos a facie tua: feciq; tibi nomen
grāde iux nomē magnoꝝ q̄ sunt in tra. Et po-
nā locū ppl'o meo isrl'.7 plantabo eū.7 babi-
tabo cū eo.7 nō turbabit̄ ampli⁹-nec addēt
filij iniq̄tat̄ ut affligāt eū sicut p̄us-ex die q̄
constitui iudices sup ppl'm meū isrl'. Et requiē
dabo tibi ab oībus ūmicis tuis:p̄dicitq; tibi
dñs q̄ domū faciat tibi dñs. Cūq; completi
fuerint dies tui 7 dormieris cū p̄rib⁹ tuis-susci-
tabo semē tuū p⁹ te-qđ egredietur de vtero tuo
7 firmabo regnū eius. Ipse edificabit domū
nomini meo.7 stabiliam thronū regni eius
vsq; in sempiternū. Ego ero ei in p̄rem.7 ipse
erit mihi in filiū. Qui si iniq̄ aliqd gesserit:
arguā eū i v̄ga virox.7 i plagis filiox hoīuz.
Misericordiā aūt meā nō auferā ab eo-sicut
abstuli a saul quē amoui a facie mea. Et fi-
delis erit domus tua.7 regnū tuū vsq; i eternū
añ faciē meā.7 thron⁹ tu⁹ erit firm⁹ iugiter.
Scōm oīa verba h̄.7 iuxta vniuersā visionē
istā:sic locut⁹ ē nathā ad dauid. Ingressus ē
autem rex dauid 7 sedit coram dño.7 dixit:
Quis ego sū dñe de⁹.7 q̄ domus mea:q̄a ad-
duxisti me hucusq;? Sed7 h̄ parū visū est in
cspectu tuo dñe de⁹:nisi loq̄ris etiā de domo
serui tui in longinquū: Ista est.n. lex adam
dñe de⁹. Quid q̄ addere potit adh̄ dauid ut
loquat̄ ad te? Tu enī scis seruū tuū dñe de⁹.
Propt̄ v̄bū tuū 7 h̄m cor tuū fecisti oīa ma-
gnalia h̄-ita ut notū facēs h̄uo tuo. Idcirco
magnificat⁹ es dñe de⁹:q̄a nō ē sil's tui neq;
ē de⁹ extra te i oib⁹ q̄ audiuim⁹ aurib⁹ nr̄is.
Que ē aūt ut ppl's tu⁹ isrl' gēs i tra,pp̄ quā
iuit de⁹ ut redimēt eā sibi in ppl'm.7 poneret
sibi nomē-facerētq; eis magnalia7 horribilia
sup tr̄ā a facie ppl'i tui que redemisti tibi ex
egypto-gentē 7 deū ei⁹? Firmasti enī tibi po-
pulū tuū isrl' i ppl'm sempit̄nū.7 tu dñe deus
factus es eis i deū. Nūc g̃ dñe de⁹ v̄bū qđ lo-
cut⁹ es sup seruū tuū7 sup domū ei⁹ suscita in
sempiternū.7 fac sicut locut⁹ es ut magnifi-
cet nomē tuū vsq; in sempiternū-atq; dicat̄:
Dñs de⁹ exercituū de⁹ sup isrl'. Et dom⁹ serui
tui dauid erit stabilita coram dño: quia tu
dñe exercituū deus isrl' reuelasti auriculam
serui tui-dicens: domū edificabo tibi-pp̄ea
inuenit seruus tuus cor suū ut oraret te ora-
tione hac. Nunc g̃ dñe deus tu es de⁹.7 v̄ba
tua erūt vera. Locutus es enī ad seruū tuū
bona hec. Incipe g̃ 7 benedic domui serui tui
ut sit i sempiternū coram te:q̄a tu dñe de⁹ locu-
tus es hec.7 bñdictione tua bñdicet̄ domus
serui tui in sempiternū. VIII

Factū est autē post hec p̄cussit dauid
philistijm.7 humiliauit eos.7 tulit
dauid frenū tributi de manu philistijm

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

7 percussit moab. 7 mensus est eos funiculo coequās terre. Mensus est autē duos funiculos: vnū ad occidendū 7 vnū ad viuificādū. Factusq; ē moab dauid seruiens sub tributo. Et percussit dauid adadeçer filiū roob regē soba: qñ profect⁹ est ut dñaret sup flumē eufratē. Et cepit dauid ex pte eius mille septingentis equitib⁹. 7 viginti milib⁹ peditū subneruauit oēs iugales curruū. Dereliqt aūt ex eis cētū curr⁹. Venit q̄q; syria damasci ut psidiū ferret adadeçer regi soba. 7 percussit dauid de syria viginti duo milia viroꝝ. 7 posuit dauid psidiū i syria damasci. factaq; est syria dauid seruiēs sub tributo. Seruauitq; dñs dauid i oib⁹ ad q̄cūq; pfect⁹ ē. Et tulit dauid arma aurea q̄ habebant serui adadeçer. 7 detulit ea in urīm. Et de betbe 7 de berotb. ciuitatib⁹ adadeçer tulit rex dauid es multū nimis. Audiuit autē thou rex emath q̄ percussisset dauid omne robur adadeçer. Et misit thou ioram filiū suū ad regē dauid ut salutaret eū congratulās. 7 gratias ageret eo q̄ expugnasset adadeçer 7 percussisset eum. Hostis quippe erat thou adadeçer. Et i manu ei⁹ erāt vasa aurea 7 vasa argētea 7 vasa erea. q̄ 7 ipsa sanctificauit rex dauid dño cū argēto 7 auro q̄ sanctificauerat de vniuersis gētib⁹ quas subegerat de syria 7 moab 7 filiis ām̄on 7 philistīm 7 amalech. 7 de manubiis adadeçer filij roob regis soba. Fecit q̄q; sibi dauid nomē cum reuerteret̄ capta syria i valle salinaꝝ ccis de cē 7 octo milib⁹. 7 i gebelem ad vigintitria milia. 7 posuit i idumea custodes. statuitq; psidiū. Et facta est vniūsa idumea seruiēs dauid. 7 saluauit dñs dauid in oībus ad q̄cūq; pfect⁹ ē. Et regnauit dauid super omnē isrl: faciebat q̄q; dauid iudiciū 7 iusticiā oi pplo suo. Joab aūt filius saruie erat sup exercitū. Josaphat filius achilud erat a cōmentarijs. 7 sadoch filius achitob. 7 achimelech filius abiathar erant sacerdotes. 7 saraias scriba: banaias autem filius ioiade sup celethi 7 pelethi. Filij autē dauid sacerdotes erant.

IX

Et dixit dauid: Putas ne est aliq̄s q̄ remāserit de domo saul ut faciā cum eo mīam ppter ionathā? Erat autē de domo saul puus noie siba. Quē cū vocasset rex ad se. dixit ei: Tu ne es siba? Et ille respondit: Ego sū seru⁹ tu⁹. Et ait rex: Nūquid fuget aliq̄s de domo saul ut faciā cū eo misericordiā dei? Dixitq; siba regi: Supest filius ionathe debilis pedib⁹. Ubi unḡt est? Et siba ad regē. Ecce ait i domo est machir filij ami/hel i lodabar. Misit g̃ rex dauid. 7 tulit eū de domo machir filij amihel de lodabar. Cū aūt venisset miphiboseth filius ionathe filij saul ad dauid: corruit i faciē suā. 7 adorauit. Dixitq; dauid: Miphiboseth. Qui rndit: Ad sū seru⁹ tu⁹. Et ait ei dauid: Ne timeas: quia faciēs faciā i te mīaz ppt̄ ionathā patrē tuū 7 restituā tibi oēs agros saul patris tui. 7 tu comedes panē i mēsa mea sp. Qui adorās eū dixit: Quis ego sū seru⁹ tu⁹. qm̄ respexisti sup canē mortuū similē mei? Vocauit itaq; rex sibā puerū saul. 7 dixit ei: Omia quecūq; fuerūt saul 7 vniuersam domū ei⁹ dedi filio dñi tui. Opare igit̄ ei terrā tu 7 filij tui 7 serui tui. 7 iferes filio dñi tui cibos ut alat̄. Ut. i phiboseth aūt filius dñi tui comedet sp panem sup mēsā meā. Erāt aūt sibe quindecim filij 7 viginti serui. Dixitq; siba ad regē: Sicut iussit dñe mi rex seruo tuo. sic faciet seru⁹ tuus. Et miphiboseth comedet sup mensam meā q̄si vn⁹ de filijs regis. Habebat aūt miphiboseth filiū puulū noie micha. Omis vero cognatio dom⁹ sibe seruiebat miphiboseth. Porro miphiboseth habitabat ierūm: qa de mensa regis iugit̄ vescebat. 7 erat claud⁹ vtroq; ped.

X

Actū ē aūt p⁹ h̄ ut moreret̄ rex filiorū ām̄on. 7 regnauit anon filius ei⁹ p eo. Dixitq; dauid: Faciā misericordiā cū anon filio naas. sicut fecit pr̄ ei⁹ mecū mīam. Misit g̃ dauid ꝓsolās eū p seruos suos sup pr̄is interitu. Cū aūt venissent serui dauid i trā filioꝝ ām̄on. dixerūt principes filioꝝ ām̄on ad anon dñm suū. Putas q̄ ppt̄ honorē pr̄is tui miserit dauid ad te ꝓsolatores. 7 nō ideo ut inuestigaret 7 exploraret ciuitatē. 7 euertēt eā. misit dauid seruos suos ad te? Tulit itaq; anon seruos dauid: rasitq; dimidiā ptē barbe coꝝ. 7 pcidit vestes eorū medias vsq; ad nates. 7 dimisit eos. Nō cū nūciatū esset dauid: misit i occursum eoꝝ. Erāt.n. viri ꝓfusi turpit̄ valde. Et mandauit eis dauid: Manete in iericho donec crescat barba vra. 7 tūc reuertimini. Videntes aūt filij ām̄on q̄ iniuriā fecissent dauid: miserūt 7 conduxerunt mercede syrū roob. 7 syrū soba viginti milia peditū. 7 a rege maacha mille viros. 7 ab istob decem milia virorum. Quod cū audisset dauid. misit ioab

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ꝛ persequent̃is. Hec oia venerũt sup nos nec obliti sumus te : ꝛ inic̃ nõ egimꝰ in testamento
tuo. Et nõ recessit retro cor nrm : ꝛ declinasti
semitas nras a via tua. Qm̃ humiliasti nos
in loco afflictionis : ꝛ cooperuit nos vmbra
mortis. Si obliti sumꝰ nomẽ dei nri: ꝛ si expandimus manꝰ nras ad deũ alienũ. Nõne
deus req̃ret ista? ipse.n. nouit abscõdita cordis. Qm̃ propter te mortificamur tota die :
estimati sumꝰ sicut oues occisionis. Exurge
q̃re obdormis dñe? exurge ꝛ ne repellas in
finẽ. Quare faciẽ tuã auert̃s : obliuiscer̃ inopie nre ꝛ tribulatiõis nre? Qm̃ hũiliata ẽ
in puluere anima nra: conglutinat⁹ ẽ in terra venr nr.
Exurge dñe adiuua nos: ꝛ redime nos pp̃ nomẽ tuũ. Victori p lilijs filiorum chore
eruditiõis canticũ amantissimũ.

XLIIII

Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico
ego opa mea regi. Lingua mea calamus scribe : velociter scribentis.
Speciosus forma pre filijs hominũ : diffusa
est gra in labijs tuis : propterea bñdixit te de⁹
in eternũ. Accingere gladio tuo : sup femur
tuũ potẽtissime. Specie tua ꝛ pulchritudine

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

tua : intende,prospere,procede ⁊ regna. Propter ☧itatē ⁊ mansuetudinē ⁊ iustitiā : ⁊ deducet te mirabiliē dextera tua. Sagitte tue acute : pp̄li sub te cadēt i cordā ūmicoꝝ regē. Sedes tua de⁹ in seculū seculi : ☧ga directiōis ☧ga regni tui. Dilexisti iustitiā ⁊ odisti iniq̄tatē : propterea vnxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo letitie p̄ consortib⁹ tuis. Myrrha ⁊ gutta ⁊ casia a vestimētis tuis : a domib⁹ eburneis ex q̄b⁹ delectauerunt te filie regū i honore tuo. Astitit regina a dextris tuis i vestitu deaurato : circūdata varietate. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurem tuā : ⁊ obliuiscere pp̄lm tuū ⁊ domū p̄ris tui. Et ☧cupiscet rex decorē tuū : qm̄ ipse ē dñs de⁹ tuus ⁊ adorabūt eū. Et filie tyri i muneribus⁹ : vultū tuū deprecabūt dites plebis. Omnis gl̄ia ei⁹ filie regis abintus : i fimbrijs aureis circūamicta varietatib⁹. Adducēt regi ☧gines p⁹ eā : proxime ei⁹ afferēt tibi. Afferēt in letitia ⁊ exultatiōe : adducent i templū regis. Pro p̄ribus tuis nati sūt tibi filij : cōstitues eos p̄ncipes sup oēm trā. Memores erūt nominis tui dñe : i oi gnātione ⁊ gnātiōe. Propterea pp̄li ☧fitebūt tibi i eternū : ⁊ i seculū seculi.

Victori filioꝝ chore p iuuentutib⁹ cāticū. PSALM XLV

Deus nr̄ refugiū ⁊ ☧t⁹ : adiutor i tribulatiōib⁹ q̄ inuenerūt nos nimis. Propterea nō timebim⁹ dū turbabit̄ tra : ⁊ trāsferent̄ mōtes i cor maris. Sonuerūt ⁊ turbate sūt aq̄ eoꝝ : cōturbati sunt mōtes i fortitudine ei⁹. Fluminis impetꝰ letificat ciuitatē dei : sctificauit tabernaculū suum altissim⁹. De⁹ i medio ei⁹ nō cōmouebit̄ : adiuuabit eam de⁹ mane diluculo. Cōturbate sūt gētes ⁊ inclinata sūt regna : dedit vocem suā mota ē tra. Dñs ☧tutum nobiscū : susceptor nr̄ de⁹ iacob. Venite ⁊ videte opa dñi q̄ posuit prodigia sup tra : auferēs bella vsq̄ ad finē tre. Arcū confringet ⁊ confringet arma : ⁊ scuta cōburet igni. Vacate ⁊ videte qm̄ ego sū deus : exaltabor i gētib⁹ ⁊ exaltabor in tra. Dñs ☧tutū nobiscū : susceptor nr̄ de⁹ iacob.

Ad victoriā filijs chore ps PSALM XLVI

Omnes gētes plaudite manib⁹ : iubilate deo i voce exultationis. Qm̄ dñs excelsus terribilis : rex magn⁹ sup oēm trā. Subiecit pp̄los nob⁹ : ⁊ gētes sub pedib⁹ nr̄is. Elegit nobis hēditatē suā : speciē iacob quā dilexit. Ascēdit de⁹ i iubilo : ⁊ dñs i voce tube. Psallite deo nr̄o psallite : psallite regi nr̄o psallite. Qm̄ rex oīs tre de⁹ : psallite sapienter. Regnabit de⁹ sup gētes : de⁹ sedet sup sedē scām suā. Principes pp̄lorum congregati sunt cū deo abrahā : qm̄ dij fortes tre vehementer eleuati sunt.

Canticum psalmi filiorū chore. PSALM XLVII

Magnus dñs ⁊ laudabilis nimis : in ciuitate dei nr̄i · i mōte scō ei⁹. Fūdat exultatiōe vniuerse tre : mons syon latera aq̄lonis ciuitas regis magni. De⁹ i domib⁹ ei⁹ cognoscet̄ : cū suscipiet eā. Qm̄ ecce reges tre congregati sūt : conuenerūt i vnū. Ipsi videtes sic admirati sūt : conturbati sūt · cōmoti sunt : tremor apprehendit eos. Ibi dolores ut parturientis : i spū vehemēti contteres naues tharsis. Sic audiuim⁹ sic vidim⁹ in ciuitate dñi ☧tutū i ciuitate dei nr̄i : de⁹ fūdauit eā in eternū. Suscepim⁹ de⁹ miam tuā : in medio templi tui. Scōm nomē tuū de⁹ sic ⁊ laus tua in fines tre : iustitia plena ē dextera tua. Letet mons syon ⁊ exultent filie iude : propter iudicia tua dñe. Circūdate syon ⁊ cōplectemini eā : narrate i turribus⁹ ei⁹. Ponite corda vr̄a i virtute ei⁹ : ⁊ distribuite domos eius ut enarret̄ in posterie alt̄a. Qm̄ hic ē de⁹ deus nr̄ in eternū ⁊ i seculū seculi : ipse reget nos in secula.

In finem filijs chore ps PSALM XLVIII

Audite hec oēs gētes : auribus⁹ percipite oēs q̄ habitat̄ orbē. Quiq̄ terrigene ⁊ filij hoīuz : simul i vnū diues ⁊ pauper. Os meū loquet̄ sapiam : ⁊ meditatio cordis mei prudentiā. Inclinabo i parabolā aurem meā : aperiā i psalterio propositionē meā. Cur timebo i die mala : iniq̄tas calcanei mei circūdabit me. Qui confidunt in ☧tute sua : ⁊ in multitudine diuitiarū suarū gloriant̄. Frat̄ nō redimit redimet hō⁹ : nō dabit deo placationē suā. Et pciū redēptionis aie sue : ⁊ laborabit in eternū ⁊ viuet adhuc in finē. Nō videbit interitū cū viderit sapientes morientes : simul insipiēs ⁊ stultus peribūt. Et relinquēt alienis diuitias suas : ⁊ sepulchra eoꝝ dom⁹ illoꝝ i eternū. Tabernacula eoꝝ i progenie ⁊ progenie : vocauerūt noia sua i tris suis. Et hō cū i honore esset nō intellexit : compar⁹ ē iumētis insipientib⁹ : ⁊ similis fact⁹ ē illis. Hec via illoꝝ scandalū ipsis : ⁊ postea i ore suo cōplacebūt. Sic oues i inferno positi sūt : mors depascet eos. Et dominabunt eoꝝ iusti i matutino : ⁊ auxiliū eoꝝ veterascet i inferno a gloria eoꝝ. Verūtamen de⁹ redimet aiam meā de manu inferi : cū accepit me. Ne timueris cū diues fact⁹ fuerit hō : ⁊ cū multiplicata fuerit gloria dom⁹ ei⁹. Qm̄ cū interierit nō sumet oia : neq̄ descendet

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cũ eo gl̃ia ei⁹. Quia aia ei⁹ i vita ipsi⁹ bñdicetur: ꝓfitebit̃ tibi cũ bñfecer̃ ei. Introibit vsq; i ꝓgenies patꝝ suoꝝ: vsq; i eternũ non videbit lumẽ. Hõ cũ i honore eẽt nõ intellexit: cõparat⁹ ẽ iumẽtis insipiẽtib⁹: et similis fact⁹ est illis.

ps̃ asaph. LXLVIIII

Deus deoꝝ dñs locut⁹ est: et vocauit terrã. A solis ortu vsq; ad occasũ: ex syon spẽs decor̃ ei⁹. Deus manifeste veniet: deus nr̃ et nõ silebit. Ignis i cõspectu eius exardescet: et i circuitu eius tẽpestas valida. Aduocauit celũ de sursũ: et terrã discernẽ pplm suũ. Cõgregate illi scõs eius: q̃ ordinãt testamentũ eius sup sacrificia. Et ãnũciabũt celi iustitiã eius: qum̃ deus iudex ẽ. Audi pplus meus. et loq̃r: israel et testificabor tibi: deus deus tuus ego sũ. Nõ i sacrificijs tuis arguã te: holocausta aũt tua i ꝓspectu meo sũt sp. Nõ accipiã de domo tua vitulos: neq; de gregib⁹ tuis bircos. Qum̃ mee sũt ões fere siluaꝝ: iumẽta in mõtib⁹ et boues. Cognoui oia volatilia celi: et pulchritudo agri mecũ est. Si esuriero nõ dicã tibi: meus ẽ.n. orbis terre et plenitudo eius. Nũq̃d mãducabo carnes tauroꝝ: aut sanguinẽ bircoꝝ potabo? Immola deo sacrificiũ laudis: et redde altissimo vota tua. Et inuoca me i die tribulatiõis: eruã te et honorificab̃ me. Peccatori aũt dixit deus. quare tu enarras iustitias meas. et assumis testamẽtũ meũ per os tuũ? Tu vero odisti disciplinam: et proiecisti sermões meos retrorsũ. Si videbas furẽ. currebas cũ eo: et cũ adulter̃ portionẽ tuã ponebas. Os tuũ abundauit malicia: et lingua tua ꝓcinabat dolos. Sedẽs aduersus fratrẽ tuũ loq̃bar̃: et aduersum filiũ mr̃is tue ponebas scãdalũ. hec fecisti et tacui. Existimasti iniq̃ qꝫ ero tui similis: arguã te et statuã cõ faciem tuã. Intelligite hec q̃ obliuiscimini deũ: neq; rapiat et nõ sit q̃ eripiat. Sacrificiũ laudis honorificabit me: et illic iter q̃ ostendã illi salutare dei. Ad victoriã dõ ps̃ qñ venit ad eũ nathan ꝓphẽta qñ intrauit ad bersabee.

Miserere mei deus: ꝑm magnã misericordiã tuã. Et ꝑm multitudine miserationũ tuarũ: dele iniquitatẽ meã. Amplius laua me ab iniquitate mea: et a pcto meo mũda me. Qum̃ iniquitatẽ meã ego cognosco: et pctũ meũ cõtra me est sp. Tibi soli peccaui et malũ coram te feci: ut iustificer̃ in sermõib⁹ tuis et vincas cũ iudicaris. Ecce.n. in iniquitatib⁹ ꝯceptus sũ: et in pctis ꝯcepit me mr̃ mea. Ecce.n. veritatẽ dilexisti: incerta et occulta sapie tue mãifestasti mihi. Asperges me dñe hysopo et mũdabor: lauabis me et sup niuẽ dealbabor. Auditui meo dabis gaudiũ et leticiã: et exultabũt ossa bũiliata. Auerte faciẽ tuã a pctis meis: et oẽs iniq̃tates meas dele. Cor mundũ crea i me deus: et spm̃ rectũ innoua in visceribus meis. Ne proicias me a facie tua: et spm̃ scm̃ tuum ne auferas a me. Redde mihi leticiã salutar̃ tui: et spũ principali confirma me. Docebo iniq̃s vias tuas: et impĩ ad te conuertent̃. Libera me de sanguinib⁹ deus deus salutis mee: et exultabit lingua mea iusticiam tuã. Dñe labia mea aperies: et os meũ ãnũciabit laudẽ tuã. Qum̃ si voluisses sacrificium dedissem vtiq; holocaustis nõ delectaberis. Sacrificiũ deo spũs ꝓtribulat⁹: cor ꝓtritũ et bũiliatũ deus nõ despicies. Benigne fac dñe in bona voluntate tua syon: ut edificentur muri irlm. Tũc acceptabis sacrificiũ iustitie oblationes et holocausta: tũc imponẽt sup altare tuũ vitulos. In finẽ ps̃ dõ cũ venit doech idumeus et nũciauit sauli. et dixit ei. venit dõ in domũ abimelech.

LI.

Quid gloriar̃ in malicia: q̃ potẽs es i iniq̃tate? Tota die iustitiã cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolũ. Dilexisti maliciã sup bnignitatẽ: iniq̃tatẽ magꝭ qꝫ loq̃ equitatẽ. Dilexisti oia verba ꝓcipitationis: lingua dolosa. Propterea deus destruet te i finẽ: euellet te et emigrabit te de tabernaculo tuo: et radicẽ tuã de terra viuẽtiũ. Videbũt iusti et timebũt: et sup eũ ridebũt et dicẽt: ecce hõ q̃ nõ posuit deum adiutorẽ suũ. Sed speauit in multitudine diuitiaꝝ suarũ: et ꝓualuit i vanitate sua. Ego aũt sicut oliua fructifera i domo dei: speraui i mia dei in eternũ et i seculũ seculi. Cõfitebor tibi in seculũ q̃a fecisti: et expectabo nomen tuũ qum̃ bonũ in ꝓspectu scõrũ tuorũ. Victori ꝓphete eruditio dauid.

LII

Dixit insipiẽs i corde suo: nõ est deus. Corrupti sunt et abhominabiles facti sũt i iniq̃tatib⁹: nõ ẽ qui faciat bonũ. Deus de celo ꝓspexit sup filios hoiũz: ut videat si ẽ intelligẽs aut requrẽs deũ. Oẽs declinauerũt simul inutiles facti sũt: nõ est qui faciat bonũ. nõ ẽ vsq; ad vnũ. Nonne scient oẽs q̃ operant̃ iniq̃tatẽ: q̃ deuorãt plebẽ meã ut cibũ panis? Deũ nõ inuocauerũt: illic trepidauerũt timore vbi nõ fuit timor. Qum̃ deus dissipauit ossa eorũ q̃ hoib⁹ placẽt: confusi sunt

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

qm̃ dē spreuit eos. Quis dabit ex syon salutare isrl̃: cū querterit dē captiuitatē plebis sue exultabit iacob ⁊ letabit isrl̃. Ad victoriā i organis ps dd̄ cū venissent cyphei ⁊ nūciassent sauli nōne dd̄ abscōdit ē apud nos.

DEus in noie tuo saluū me fac: ⁊ in vtute tua iudica me. Deus exaudi orationē meā: auribus pcipe vba oris mei. Qm̃ alieni isurrexerūt aduersū me: ⁊ fortes q̄sierūt aiam meā: ⁊ nō ppo suerūt dē añ pspectū suū. Ecce.n. dē adiuuat me: ⁊ dñs susceptor ē aie mee. Auerte mala inimicis meis: ⁊ i vritate tua disp̄de illos. Volūtarie sacrificabo tibi: ⁊ confitebor noi tuo dñe qm̃ bonū est. Qm̃ ex oi tribulatiōe eripuisti me: ⁊ sup̄er inimicos meos despexit ocul⁹ me⁹. Victori i psalmis eruditio dd̄.

LIIII

EXaudi deus orationē meā: ⁊ ne despexeris deprecationē meā: intende mihi ⁊ exaudi me. Cōtristatus sū in exercitatione mea: ⁊ conturbat⁹ sū a voce inimici ⁊ a tribulatiōe pctōr̄. Qm̃ declinauerūt in me iniq̄tates: ⁊ i ira molesti erant mihi. Cor meū conturbatū ē in me: ⁊ formido mortis cecidit sup̄ me. Timor ⁊ tremor venerunt sup̄ me: ⁊ cōtexerūt me tenebre. Et dixi q̄s dabit mihi pēnas sicut colūbe: ⁊ volabo ⁊ requescā. Ecce elōgaui fugiēs: ⁊ mānsi i solitudine. Expectabā eū q̄ saluū me fecit: a pusillanimitate spūs ⁊ tempestate. Precipita dñe divide linguas eor̄: qm̃ vidi iniq̄tatē ⁊ cōtradictionē in ciuitate. Die ac nocte circundabit eā sup̄ muros ei⁹ iniq̄tas: ⁊ labor i medio ei⁹ ⁊ iniusticia. Et nō defecit de plateis eius: vsura ⁊ dol⁹. Qm̃ si inimic⁹ me⁹ maledixisset mihi: sustinuissem vtiq̄. Et si is qui oderat me sup̄ me magna locutus fuisset: abscōdissem me forsitan ab eo. Tu vo hō vnanimis: dux me⁹ ⁊ not⁹ me⁹. Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo dei ābulauim⁹ cū cōsensu. Veniat mors sup̄ illos: ⁊ descendāt i infernū viuētes. Qm̃ neq̄tie in habitaculis eor̄: i medio eor̄. Ego aūt ad dēū clamaui: ⁊ dñs saluauit me. Vespere ⁊ mane ⁊ meridie narrabo ⁊ ānūciabo: ⁊ exaudiet vocē meā. Redimet in pace aiam meū ab his q̄ approp̄inquāt mihi: qm̃ inē multos erāt mecū. Exaudiet dē ⁊ humiliabit illos: q̄ ē ante secula. Nō.n. ē illis cōmutatio ⁊ nō timuerūt dēū: extēdit manū suā in retribuēdo. Cōtaminauerūt testamentū ei⁹: diuisi sunt ab ira vultus ei⁹: ⁊ approp̄inq̄uit cor illi⁹. Molliti sunt pmones ei⁹ sup̄ oleū: ⁊ ipsi sunt iacula. Jacta sup̄ dñm curā tuā ⁊ ipse te enutriet: ⁊ nō dabit i eternū fluctationē iusto. Tu vo deus: deduces eos i puteū interit⁹. Viri sāguinū ⁊ dolosi nō dimidiabūt dies suos: ego aut̄ sperabo i te dñe. Victori p colūba nuletā: eo q̄ p pcul abierit dd̄ qm̃ tenuerūt eū philistei in getb ps

LV

MIserere mei dē: qm̃ cōculcauit me hō: tota die impugnās tribulauit me. Cōculcauerunt me inimici mei tota die: qm̃ multi bellātes aduersū me. Ab altitudine diei timebo: ego vo in te sperabo. In deo laudabo sermones meos: i deo speraui nō timebo q̄d faciat mihi caro. Tota die verba mea execrabant̄: aduersū me oēs cogitationes eor̄ in malū. Inhabitabūt ⁊ abscōdēt: ipsi calcaneū meū obs̄eruabūt. Sicut sustinuerūt aiam meā p nichilo saluos facies illos: i ira pp̄los confringes. Dē vitā meā āūciaui tibi: posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. Sic ⁊ i p̄missiōe tua: tūc querētur inimici mei retrorsū. In q̄cūq̄ die invocauero te: ecce cognoui qm̃ dē me⁹ es. In deo laudabo vbū: in dño laudabo sermonē: i deo speraui nō timebo q̄d faciat mihi hō. In me sūt dē vota tua. q̄ reddā laudatiōes tibi. Qm̃ eripuisti aiam meam de morte: ⁊ pedes meos de lapsu: ut placeam coram deo in lumine viuentium.

Pro victoria ut nō disperdas dauid humilē ⁊ simplicem quando fugit a facie saul in spelunca ps

LVI

MIserere mei dē miserere mei: qm̃ in te confidit aia mea. Et in vmbra alar̄ tuar̄ sperabo: donec trāseat iniquitas. Clamabo ad dēū altissimū: deū q̄ bene fecit mihi. Misit de celo ⁊ liberauit me: dedit in opprobriū conculcātes me. Misit dē⁹ mīam suā ⁊ vritatē suā: ⁊ eripuit aiam meā de medio catulor̄ leonū: dormiui cōturbat⁹. Filij hominū dentes eor̄ arma ⁊ sagitte: ⁊ lingua eor̄ gladi⁹ acut⁹. Exaltare sup̄ celos dē: ⁊ i oi terra gl̄ia tua. Laqueū parauerūt pedibus meis: ⁊ incuruauerūt aiam meā. Foderūt añ faciē meā foueā: ⁊ inciderunt in eā. Paratū cor meū dē⁹ paratū cor meū: cāntabo ⁊ psalmū dicā. Exurge gl̄ia mea exurge psalterium ⁊ cythara: exurgā diluculo. Cōfitebor tibi i pp̄lis dñe: ⁊ psalmū dicā tibi i gentib⁹. Qm̃ magnificata ē vsq̄ ad celos mīa tua: ⁊ vsq̄ ad nubes vritas tua. Exaltare sup̄ celos dē⁹: ⁊ sup̄er oēm terrā gloria tua.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Si vere vtiq; iusticiã loq̃mini: recte iudicate filij hoiuz. Etenim i corde iniq̃tates operamini in terra: iusticias manus vre pcinnãt. Alienati sũt pctores a vulua: errauerũt ab vtero: locuti sũt falsa. Furor illis ꝑm similitudinẽ serpentis: sicut aspidis surde et obturantis aures suas. Que nõ exaudiet vocẽ incãtantiũ: et venefici incãtanti sapienti. Deus ꝓteret dentes eorũ in ore ipsorũ: molas leonũ ꝓfringet dñs. Ad nihilũ deueniẽt tanq̃ aq̃ decurrẽs: intẽdit arcũ suũ donec infirmentur. Sicut cera q̃ fluit auferent: supcecidit ignis et nõ viderũt solẽ. Priusq̃ intelligerent spine vre rhamnũ: sicut viuẽtes sic in ira absorbet eos. Letabit iustus cum viderit vindictã: manus suas lauabit i sanguine pctoris. Et dicet hõ si vtiq; ẽ fructus iusto: vtiq; est deus iudicãs eos i terra. Victori ut nõ disperdas dd̃ humilẽ et simplicẽ. qñ misit saul et custodiuit domũ ei ut interficẽt eũ. LVIII

Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgẽtib⁹ in me libera me. Eripe me de operantibus iniq̃tatẽ: et de viris sanguinũ salua me. Quia ecce ceperũt aiam meã: irruerũt i me fortes. Neq; iniq̃tas mea neq; pctũm meũ dñe: sine iniq̃tate cucurri et direxi. Exurge in occursum meũ et vide: et tu dñe deus virtutũ deus isrl. Intẽde ad visitandas oes gẽtes: nõ miserearis omnib⁹ q̃ operant iniq̃tatẽ. Conuertent ad vesperã et famẽ patient ut canes: et circuibũt ciuitatẽ. Ecce loquent i ore suo: et gladii in labijs eorũ: quoniã quis audiuit? Et tu dñe deridebis eos: ad nihilũ deduces oes gẽtes. Fortitudinẽ meã ad te custodiã: quia deus susceptor meus es: deus meus mia eius ꝓueniet me. Deus ostendit mihi sup inimicos meos: ne occidas eos neq̃ obliuiscant ppli mei. Dispge illos in virtute tua: et depone eos protector meus dñe. Delictũ oris eorũ: sermonẽ labiorũ ipsorũ: et cõprehendant i superbia sua. Et de execratiõe et mẽdacio ãnũciabũt i cõsumatione: i ira cõsumatiõis et nõ erũt. Et sciẽt quia deus dominabit iacob: et finiũ terre. Conuertent ad vesperã et famẽ patient ut canes: et circuibũt ciuitatẽ. Ipsi dispgent ad mãducandũ: si vero nõ fuerint saturati et murmurabũt. Ego aũt cãtabo fortitudinẽ tuã: et exaltabo mane miam tuã. Quia factus es susceptor meus: et refugiũ meũ i die tribulatiõis mee. Adiutor meus tibi psallã: quia deus susceptor meus es: deus meus mia tua. Victori p lilijs testimoniũ bũlisq; pfecti dd̃. ad docendũ qñ pugnauit adũsum syriã mesopotamie Soba et reũsus et ioab. et pcussit edom i valle salinarũ milia. ps LIX

Deus repulisti nos et destruxisti nos: iratus es et misertus es nobis. Cõmouisti terrã et conturbasti eã: sana contritiões eius q̃a cõmota ẽ. Ostẽdisti populo tuo dura: potasti nos vino cõpunctionis. Dedisti metuentib⁹ te significationẽ: ut fugiãt a facie arcus. Et liberent dilecti tui: saluũ fac dextera tua et exaudi me. Deus locutus ẽ in scõ suo: letabor et partibor sichimã: et conualles tabernaculorũ metibor. Mee galaad et mee manasses: et ephraim fortitudo capitis mei. Juda rex mee: moab olla spei mee. In idumeã extendã calciamẽtũ meũ: mihi alienigene subditi sunt. Quis deducet me in ciuitatẽ munitã: quis deducet me vsq; in idumeã? Nõne tu deus q̃ repulisti nos? et nõ egredieris deus i virtutibus nr̃is. Da nobis auxiliũ de tribulatiõe: et vana salus hois. In deo faciemus virtutẽ: et ipse ad nihilũ deducet tribulantes nos. Ad victoriã sup organũ ipsi dd̃. ps LX.

Exaudi deus deprecationẽ meã: intende oroni mee. A finibus terre ad te clamaui dum anxiaret cor meum: i petra exaltasti me. Deduxisti me quia factus es spes mea: turris fortitudinis a facie inimici. Inhabitabo i tabernaculo tuo i secula: protegar i velamẽto alarũ tuarũ. Quoniã tu deus meus exaudisti orationẽ meã: dedisti hereditatẽ timentibus nomẽ tuũ. Dies sup dies regis adijcies: annos eius vsq; i diẽ generatiõis et generationis. Permanet in eternũ i conspectu dei: miam et veritatem eius q̃s requiret? Sic psalmũ dicã nomini tuo in seculũ seculi: ut reddã vota mea de die in diem. Ad victoriã sup ydithũ ps dd̃. LXI

Nonne deo subiecta erit aia mea? ab ipso. n. salutare meum. Etiã et ipse deus meus et saluator meus: susceptor meus: nõ mouebor amplius. Quousq; irruitis in hoiem: interficitis vniuersi vos tanq̃ parieti inclinato et macerie depulse? Veruntamen pciũ meũ cogitauerũt repellere: cucurri in siti: ore suo bñdicebãt et corde suo maledicebãt. Veruntamen deo subiecta esto aia mea: quoniam ab ipso patientia mea. Quia ipse deus meus et saluator meus: adiutor meus nõ emigrabo. In deo salutare meum et gl'ia mea: deus auxilij mei et spes mea i deo est. Sperate in eo omis congregatio ppli: effundite corã illo corda vra: deus adiutor nr̃ i eternũ. Verumtamen vani filij hoiuz: mẽdaces filij hoiuz

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

in stateris: ut decipiãt ipsi de vanitate in id ipsũ. Nolite sperare in iniqtate: et rapinas nolite concupiscẽ: diuitie si affluãt nolite cor apponẽ. Semel locut⁹ ẽ deus duo hec audiui: quia ptãs dei est et tibi dñe mia: qa tu reddis vnicuiq; iux opa sua. ℣ ps dd eũ cẽt in deserto iudee.

DEus deꝰ meꝰ: ad te de luce ℣ LXII vigilo. Sitiuit in te aia mea: q̃ multipliciter tibi caro mea. In tra deserta inuia et inaquosa sic in scõ apparui tibi: ut viderẽ virtutẽ tuã et gloriã tuã. Quã melior est mia tua sup vitas: labia mea laudabũt te. Sic bñdicã te in vita mea: et in noie tuo leuabo manꝰ meas. Sic adipe et pinguedine repleat aia mea: et labijs exultatiõis laudabit os meũ. Si memor fui tui sup stratũ meũ: in matutinis meditabor in te: qa fuisti adiutor meus. Et in velamẽto alarũ tuarꝝ exultabo: adhesit aia mea post te: me suscepit dextera tua. Ipsi vo ivanũ q̃sierũt aiam meã: introibũt in inferiora tre: tradentẽ in manꝰ gladij: ptes vulpiũ erũt. Rex vo letabit in deo laudabũtẽ oes q̃ iurãt in eo: qa obstructũ ẽ os loquentiũ iniqua. ℣ victori cãticũ dd. ℣ LXIII

AUdi deꝰ oronẽ meã cũ deprecor: a timore inimici eripe aiam meam. Protexisti me a cõuentu malignantium: a multitudine operantiũ iniqtatẽ. Quia exacuerũt ut gladiũ liguas suas: intẽderũt arcũ rẽ amarã: ut sagittẽt in occultꝝ imaculatũ. Subito sagittabũt eũ et nõ timebũt: firmauerũt sibi sermonẽ neqꝑ. Narrauerunt ut abscõderẽt laqos: dixerũt q̃s videbit eos? Scrutati sũt iniqtates: defecerũt scrutãtes scrutinio. Accedet hõ ad cor altũ: et exaltabitẽ deꝰ. Sagitte puuloꝝ facte sũt plage eorꝝ: et infirmate sũt sup eos lingue eorꝝ. Cõturbati sũt oes q̃ videbãt eos: et timuit ois hõ. Annunciauerunt opera dei: et facta eius intellexerunt. Letabitur iustus in dño et sperabit in eo: et laudabuntur oes recti corde.

℣ victori ps dd cantic'. ℣ LXIIII

TE decet hymnus deus in syon: et tibi reddetẽ votũ in irlm. Exaudi oronem meam: ad te ois caro veniet. Verba inqꝝ pualuerũt sup nos: et impietatibꝰ nris tu ꝓpitiaberꝝ. Btũs quẽ elegisti et assũpsisti: inhabitabit in atrijs tuis. Replebimur in bonis domꝰ tue: sanctũ ẽ tẽplũ tuũ mirabile in eqtate. Exaudi nos deꝰ salutaris noster: spes omniũ finium terre et in mari longe. Preparans montes in virtute tua accinctus potentia: qui conturbas pfundũ maris sonũ fluctuum eius. Turbabunt gentes et timebunt qui habitant terminos a signis tuis: exitus matutini et vespere delectabis. Visitasti tram et inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam. Flumen dei repletũ est aquis: parasti cibum illorũ qm̃ ita est preparatio eius. Riuos eiꝰ inebrians multiplica genimina eius: in stillicidijs eius letabit germinãs. Bñdices corone anni benignitatꝝ tue: et campi tui replebuntur vbertate. Pinguescent speciosa deserti: et exultatione colles accingentur. Induti sunt arietes ouũ: et valles abundabũt frumento: clamabunt etenim hymnum dicent.

℣ victori canticũ psalmi ℣ LXV

IUbilate deo ois terra: psallmũ dicite nomini eius: date gloriã laudi eius. Dicite deo q̃ terribilia sũt opa tua dñe: in multitudine virtutꝝ tue mentient tibi iimici tui. Dis terra adoret te et psallat tibi: psalmũ dicat noi tuo. Venite et videte opa dei: terribilis in cõsilijs sup filios hoiuꝝ. Qui quertit mare in aridã: in flumine ptransibũt pede ibi letabimur in ipso. Qui dñat in virtute sua in eternũ: oculi eiꝰ sup gẽtes respiciunt: q̃ exasperãt nõ exaltent in semetipsis. Bñdicite gẽtes deũ nrm: et auditã facite vocẽ laudis eiꝰ. Qui posuit aiam meã ad vitã: et nõ dedit in cõmotionẽ pedes meos. Qm̃ ꝓbasti nos deꝰ: igne nos examinasti sicut examinat argentũ. Induxisti nos in laqueũ: posuisti tribulationes in dorso nro: imposuisti homines sup capita nra. Transiuimꝰ p ignẽ et aquã: et eduxisti nos in refrigeriũ. Introibo in domũ tuã in holocaustis: reddã tibi vota mea q̃ distinxerũt labia mea. Et locutũ ẽ os meũ: in tribulatiõe mea. Holocausta medullata offerã tibi cũ incenso arietũ: offerã tibi boues cũ hirc̃. Venite audite et narrabo oes q̃ timetꝝ deũ: quãta fecit aie mee. Ad ipsum ore meo clamaui: et exultaui sub lĩgua mea. Iniqtatẽ si aspexi in corde meo: nõ exaudiet dñs. Propterea exaudiuit deꝰ: et attendit voci deprecatiõis mee. Bñdictus deꝰ: q̃ nõ amouit oronẽ meã et miam suã a me. ℣ victori in psalmis canticum carminis. ℣ LXVI

DEus misereat nrĩ et bñdicat nobis: illuminet vultũ suũ sup nos: et misereat nrĩ. Ut cognoscamꝰ in tra viã tuã: in oibꝰ gẽtibꝰ salutare tuũ. Cõfiteant tibi

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ppli dē: cōfiteant tibi ppli cēs. Letent ⁊ exultēt gētes: qm iudicas pplos in eqtate: ⁊ gētes in tra dirigis. Cōfiteant tibi ppli dē: cōfiteant tibi ppli cēs: terra dedit fructum suū. Benedicat nos deus deus noster benedicat nos deus: ⁊ metuant eū omnes fines terre.

Victori dauid ps cantici. LXVII

Exurgat dē ⁊ dissipent inimici ei: ⁊ fugiāt q oderūt eū a facie ei. Sicut deficit fum⁹ deficiāt: sicut fluit cera a facie ignis sic peant pctōres a facie dei. Et iusti epulent ⁊ exultēt in cōspectu dei: ⁊ delectent in leticia. Cātate deo psalmū dicite nomi eius: iter facite ei q ascēdit sup occasū: dns nomē illi. Exultate i ꝓspectu ei⁹: turbabunt a facie ei⁹ pris orphanoꝝ ⁊ iudicis viduaꝝ. Deus i loco scō suo: dē q inhabitare facit vni⁹ moris i domo. Qui educit vinctos i fortitudine: siliter eos q exasperant q habitāt i sepulchris. Deus cū egrederer in ꝓspectu ppli tui: cū ptransires i deserto. Terra mota ē: etenim celi distillauerūt a facie dei synai a facie dei isrl: pluuiā voluntariā segregabis dē⁹ hereditati tue ⁊ infirmata est: tu vero pfecisti eā. Animalia tua habitabūt in ea: parasti i dulcedine tua pauperi dē⁹. Dns dabit verbū euāgelicantib⁹: virtute multa. Rex virtutū dilecti dilecti: ⁊ speciei domꝰ diuidē spolia. Si dormiatis inter medios cleros pēne colūbe deargētate: ⁊ posteriora dorsi ei⁹ i pallore auri. Dum discernit celestis reges sup eā nive dealbabūt in selmō: mons dei mōs piguis. Mons coagulat⁹ mons piguis: ut qd suspicami mōtes coagulatos? Mons i q bñplacitū ē deo habitare in eo: etenim dns habitabit in finē. Curꝰ dei decē milib⁹ multiplex: milia letātiū: dns in eis i synai i scō. Ascēdisti in altū cepisti captiuitatē: accepisti dona i hoib⁹. Etenim nō credentes inhabitare dnm deū. Bñdict⁹ dns die qtidie: prosperū iter faciet nobis dē⁹ salutariū nroꝝ. Deus nr deus saluos faciēdi. ⁊ dni dni exitus mortis. Verūtn dē⁹ confringet capita inimicoꝝ suoꝝ: vertice capilli perambulātiū in delictis suis. Dixit dns ex basan conuertā: conuertā in profundū maris. Ut intinguat pes tuꝰ i sāguie: lingua canū tuoꝝ ex inimicis ab ipso. Viderūt ingressus tuos dē⁹: ingressus dei mei regis mei q ē in scō. Preuenerūt pncipes cōiuncti psallentib⁹: i medio iuuēculaꝝ tympanistriarū. In ecclesijs bñdicite deo: dño de fontibus isrl. Ibi beniamin adolescētulus: i mentis excessu. Principes iuda duces eoꝝ: pncipes çabulō ⁊ pncipes neptalim. Manda dē⁹ virtuti tue: confirma hoc dē⁹ qd operat⁹ es i nobis. A templo tuo i irlm: tibi offerēt reges munera. Increpa feras arūdinis: congregatio tauroꝝ i vaccis pploꝝ: ut excludāt eos q probati sūt argēto. Dissipa gētes q bella volūt: veniēt legati ex egypto: ethiopia pueniet manꝰ eius deo. Regna tre cātate deo: psallite dño. Psallite deo qui ascēdit sup celū celi: ad orientē. Ecce dabit voci sue vocē virtutis: date gloriam deo sup isrl: magnificētia eiꝰ ⁊ virtus eiꝰ i nubib⁹. Mirabilis dē⁹ i scis suis: dē⁹ isrl ipse dabit virtutē ⁊ fortitudinē plebis sue: benedictꝰ dē⁹.

Victori pro lilijs dauid ps. LXVIII

Saluū me fac deus: qm intrauerunt aq vsq ad aiam meā. Infixus sum in limo profundi: ⁊ nō est substantia. Veni in altitudinē mar: ⁊ tempestas demersit me. Laborauī clamans rauce facte sunt fauces mee: defecerūt oculi mei dū spero in deū meū. Multiplicati sūt sup capillos capitis mei: q oderūt me gratis. Cōfortati sūt q persecuti sūt me inimici mei iuste: q nō rapui tūc exoluebā. Deus tu scis insipientiā meā: ⁊ delicta mea a te nō sūt abscondita. Nō erubescāt in me q expectāt te dne: dne virtutum. Nō confundant sup me: q q̄rūt te dē⁹ isrl. Qm̄ propter te sustinui oppobriū: operuit confusio faciē meā. Extraneꝰ factus sū fratrib⁹ meis: ⁊ peregrinus filijs mris mee. Qm̄ zel⁹ domꝰ tue comedit me. ⁊ oppobria exprobrātiū tibi ceciderūt sup me. Et operui i ieunio aiam meā: ⁊ factū ē i oppobriū mihi. Et posui vestimētū meū cilitiū: ⁊ factꝰ sū illis i parabolā. Adversum me loqbant q sedebāt i porta: ⁊ in me psallebant q bibebāt vinū. Ego vo orationē meā ad te dne: tēpus bñplaciti dē⁹. In multitudine mie tue: exaudi me in vitate salutis tue. Eripe me de luto ut nō infigar: libera me ab his q oderūt me ⁊ de profundis aq̄rū. Nō me demergat tempestas aq̄: neq̄ absorbeat me profundū: neq̄ vrgeat sup me putꝰ os suū. Exaudi me dne qm̄ benigna ē mia tua: sm multitudinem miserationū tuaꝝ respice me. Et ne auertas faciē tuā a puero tuo: qm̄ tribulor velociter exaudi me. Intende aie mee ⁊ libera eā: propt inimicos meos eripe me. Tu scis improperiū meū ⁊ confusionē meā: ⁊ reuerētiam meā. In ꝓspectu tuo sūt oēs q tribulant

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

me:improperiũ expectauit cor meũ & miseriã. Et sustinui qui simul ꝓtristaret & non fuit: & qui consolaret & non inueni. Et dederunt in escam meã fel: & in siti mea potauerunt me aceto. Fiat mensa eor coꝝ ipsis in laqueũ: & in retributiones & in scandalum. Obscurent oculi eorũ ne videãt: & dorsum eor semp incurua. Effunde sup eos iram tuam: & furor ire tue comprehẽdat eos. Fiat habitatio eor deserta: & in tabernaculis eor nõ sit qui inhabitet. Quẽ quẽ tu percussisti persecuti sũt: & sup dolorẽ vulnerũ eor addiderunt. Appone iniquitatẽ super iniquitatẽ eorũ: & non intrent in iustitiã tuã. Deleant de libro viuẽtiũ: & cũ iustis non scribant. Ego sum paup & dolens: salus tua deus suscepit me. Laudabo nomen dei cũ cantico: & magnificabo eũ in laude. Et placebit deo sup vitulũ nouellũ: cornua producentẽ & vngulas. Videãt pauperes & letent: querite deũ & viuet aia vra Quoniã exaudiuit pauperes dominꝰ: & vinctos suos non despexit. Laudent illũ celi & terra: mare & oia reptilia in eis. Quoniã deꝰ saluã faciet syon: & edificabuntur ciuitates iude. Et inhabitabunt ibi: & hereditate acquirent eã. Et semen seruorũ eius possidebit eam: & qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

Victori dauid ad recordandũ de saluũ fecit eum dominus. ps. LXIX

Deus in adiutoriũ meũ intende: dñe ad adiuuandũ me festina. Confundant & reuereãt: qui querũt animã meã. Auertant retrorsũ & erubescãt: qui volunt mihi mala. Auertant statim erubescentes: qui dicũt mihi euge euge. Exultent & letentur in te omnes qui querũt te: & dicãt sp magnificet dñs qui diligũt salutare tuum. Ego vero egenus & pauper sum: deus adiuua me. Adiutor meus & liberator meꝰ es tu: dñe ne moreris. ps dd. LXX

In te dñe speraui nõ confundar in eternũ: in iustitia tua libera me & eripe me. Inclina ad me aurẽ tuam: & salua me. Esto mihi in deũ protectorẽ & in locum munitũ: ut saluũ me facias. Quoniã firmamentũ meũ: & refugiũ meũ es tu. Deus meus eripe me de manu peccatoris: & de manu ꝓtra legẽ agentis & iniqui. Quoniã tu es patientia mea dñe: dñe spes mea a iuuẽtute mea. In te cõfirmatus sum ex vtero: de vẽtre matris mee tu es protector meus. In te cãtatio mea sp: tãq̃ prodigiũ factꝰ sum multis & tu adiutor fortis. Repleat os meũ laude ut cantẽ gloriã tuã: tota die magnitudinẽ tuã. Ne pijcias me in tẽpore senectutis: cũ defecerit virtus mea ne derelinquas me. Quia dixerũt inimici mei mihi: & qui custodiebãt aiam meam cõsiliũ fecerũt in vnũ. Dicẽtes deus derelict eũ persequimini & cõprehendite eũ: qa non est qui eripiat. Deꝰ ne elongeris a me: deꝰ meꝰ in auxiliũ meũ respice. Cõfundant & deficiant detrahẽtes aie mee: operiant confusiõe & pudore q̃ querũt mala mihi. Ego aũt sp sperabo: & adijciã sup oẽm laudẽ tuã. Os meũ ãnũciabit iustitiã tuã: tota die salutare tuũ. Quoniã nõ cognoui litteraturã introibo in potẽtias dñi: dñe memorabor iustitie tue solius. Deꝰ docuisti me a iuuẽtute mea: & vsq̃ nũc pnũciabo mirabilia tua. Et vsq̃ in senectã & seniũ: deꝰ ne derelinq̃s me. Donec ãnũciẽ brachiũ tuũ: generatiõi oi q̃ ventura est. Potentiã tuã & iustitiã tuã deꝰ vsq̃ in altissima q̃ fecisti magnalia: deus q̃s similis sit tibi? Quãtas ostendisti mihi tribulationes multas & malas: & cõuersus viuificasti me: & de abyssis terre iterũ reduxisti me. Multiplicasti magnificentiã tuã: & cõuersus consolatꝰ es me. Nam & ego cõfitebor tibi in vasis psalmi veritatẽ tuam deus: psallã tibi in citbara sanctꝰ isrl. Exultabũt labia mea cũ cantauero tibi: & anima mea quã redemisti. Sed & lingua mea tota die meditabit iustitiam tuam: cũ confusi & reueriti fuerint qui querunt mala mihi.

ps dd in salomonem. LXXI

Deus iudiciũ tuũ regi da: & iustitiã tuã filio regis. Judicare pplm tuũ in iustitia: & pauperes tuos in iudicio. Suscipiãt mõtes pacẽ populo: & colles iustitiã. Judicabit pauperes populi & saluos faciet filios pauperũ: & humiliabit calũniatorẽ. Et pmanebit cũ sole & ante lunã: in generatiõe & generationẽ. Descẽdet sicut pluuia in vellus: & sicut stillicidia stillãtia sup terã. Orietur in diebꝰ eiꝰ iustitia & abũdãtia pacis: donec auferat luna. Et dñabit a mari vsq̃ ad mare: & a flumie vsq̃ ad terminos orbis terrarũ. Coram illo procident etbiopes: & ĩmici eius terram lingent. Reges tharsis & ĩsule munera offerent: reges arabũ & saba dona adducent. Et adorabunt eũ oẽs reges: oẽs gentes seruient ei. Quia liberabit pauperẽ a potente: & pauperem cui non erat adiutor.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

parcet pauperi ⁊ inopi: ⁊ animas pauperꝫ saluas faciet. Ex vsuris ⁊ iniqtate redimet animas eoꝝ: ⁊ honorabile nomen eoꝝ coram illo. Et viuet ⁊ dabitur ei de auro arabie: ⁊ adorabūt de ipso semp: tota die bñdicent ei. Erit firmamentū in terra in sūmis montiū: superextollet sup libanū fructus eius: ⁊ florebunt de ciuitate sicut fenū terre. Sit nomen eius bñdictū in secula: ante solē pmanet nomen ei⁹. Et benedicent in ipso oēs trib⁹ tre: oēs gentes magnificabunt eū. Benedictus dñs deus isrl: qui facit mirabilia solus. Et bñdictū nomē maiestatꝫ eius in eternū: ⁊ replebit maiestate eius omnis terra: fiat fiat.

ps asaph. LXXII

Quam bon⁹ isrl deus: bis qui recto sunt corde. Mei autē pene moti sūt pedes: pene effusi sunt gressus mei. Quia zelaui sup iniquos: pacem peccatoꝝ videns. Quia nō est respectus morti eoꝝ: ⁊ firmamētū in plaga eorū. In labore hoīm non sunt: ⁊ cū boibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos superbia: operti sunt iniquitate ⁊ impietate sua. Prodijt quasi ex adipe iniqtas eorū: transierūt in affectū cordis. Cogitauerūt ⁊ locuti sunt nequitiā: iniquitatē i excelso locuti sūt. Posuerunt i celū os suū: ⁊ lingua eoꝝ transiuit in terra. Ideo cōuertet ppl⁹ meus hic: ⁊ dies pleni inuenient in eis. Et dixerūt quō scit deus: ⁊ si est scientia i excelso? Ecce ipsi peccatores ⁊ abūdantes in seculo obtinuerunt diuitias. Et dixi: ꝯ sine causa iustificaui cor meū: ⁊ laui inter innocentes manus meas. Et fui flagellatus tota die: ⁊ castigatio mea i matutinis. Si dicebā narrabo sic: ecce nationē filiorū tuorū reprobaui. Existimabā ut cognoscerē: hoc labor est ante me. Donec intrē i sanctuariū dei: ⁊ intelligā in nouissimis eorū. Verūtn̄ ppter dolos posuisti eis: dum alleuarēt. Quō facti sunt in desolationē: subito defecerūt: perierūt ppter iniqtatē suā. Velut somniū surgentiū: dñe in ciuitate tua imaginem ipsorū ad nihilū rediges. Quia inflāmatū ē cor meū: ⁊ renes mei cōmutati sunt: ⁊ ad nihilū redact⁹ sum ⁊ nesciui. Ut iumentū fact⁹ sum apud te: ⁊ ego semp tecū. Tenuisti manū dexterā meā: ⁊ in voluntate tua deduxisti me: ⁊ cū gloria suscepisti me. Quid. n. mihi est in celo: ⁊ ad te quid volui sup terrā? Defecit caro mea ⁊ cor meū: deus cordis mei ⁊ ps mea deus in eternū. Quia ecce qui elongant se a te pibūt: pdidisti oēs qui fornicant abs te Mihi aūt adherere deo bonū est: ponere in dño deo spem meā. Ut ānūciē oēs pdicationes tuas: in portis filie syon. ¶ Eruditio asaph. pṡ. LXXIII

Ut qd deus repulisti in finē: iratꝰ est furor tuus super oues pascue tue? Memor esto cōgregatiōis tue: quā possedisti ab initio. Redemisti virgā hereditatis tue: mons syon in quo habitasti in eo. Leua manꝰ tuas i superbias eoꝝ i finē: quāta malignatꝰ est inimicꝰ in scō? Et gloriati sūt q̄ oderūt te: in medio sollennitatis tue. Posuerūt signa sua signa ⁊ nō cognouerut: sicut in exitu sup sūmū. Quasi in silua lignoꝝ securibus exciderūt ianuas eiꝰ i idipsū: i securi ⁊ ascia deiecerūt eā. Incēderūt igni sanctuariū tuū in terra: polluerūt tabernaculū nois tui. Dixerunt in corde suo cognatio eoꝝ simul: quiescere faciamꝰ oēs dies festos dei a terra Signa nostra nō vidimꝰ: iam nō est pp hēta ⁊ nos nō cognoscet amplius. Usq̄quo deꝰ improperabit inimicꝰ: irritat aduersariꝰ nomen tuū in finē? Ut qd auertis manū tuā ⁊ dexterā tuā: de medio sinu tuo in finē? Deus aūt rex nr ante secula: operatꝰ est salutem in medio tre. Tu cōfirmasti in virtute tua mare: cōtribulasti capita draconū i aquis. Tu cōfregisti capita draconis: dedisti eū escā populis ethiopū. Tu dirupisti fontes ⁊ torrētes: tu siccasti fluuios ethan. Tuus ē dies ⁊ tua est nox: tu fabricatꝰ es auroꝝ ⁊ solem. Tu fecisti oēs terminos terre: estatē ⁊ ver tu plasmasti ea. Memor esto hui⁹: inimicꝰ improperauit dño: ⁊ popul⁹ insipiēs incitault nomen tuū. Ne tradas bestijs aias cōfitentes tibi: ⁊ aias pauperū tuorū ne obliuiscaris i finē. Respice in testamentū tuū: quia repleti sunt q̄ obscurati sūt terre domib⁹ iniquitatū. Ne auertat humilis factꝰ cōfusus: pauper ⁊ inops laudabūt nomē tuū. Exurge deꝰ iudica cām tuā: memor esto improperiorū tuoꝝ q̄ ab insipiente sunt tota die. Ne obliuiscaꝝ voces inimicorū tuorū: superbia eoꝝ qui te oderūt ascendit semp. Victori nō dispdas ps cantici asaph. LXXIIII

Confitebimur tibi deus confitebimur: ⁊ inuocabimus nomen tuū. Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tempus ego iustitias iudicabo. Liquefacta

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

est ẽra ⁊ oẽs q̃ habitant in ea: ego ꝓfirmaui colũnas ei⁹. Dixi iniquis nolite inique agẽ: ⁊ delinquentib⁹ nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altũ cornu vestrũ: nolite loq̃ aduersus deũ iniquitatẽ. Quia neq; ab oriente neq; ab occidente neq; a desertis montibus: quĩ deus iudex est. Hũc humiliat ⁊ hũc exaltat: q̃a calix in manu dñi vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in h̃: verũtm fex eius non ẽ exinanita: bibẽt omnes pcca tores terre. Ego aũt annũciabo in seculum: cantabo deo iacob. Et oĩa cornua pcc̃atoꝝ confringam: ⁊ exaltabuntur cornua iusti.

Victori in carminib⁹ p̃s asaph cantici.

LXXV

Notus in iudea deus: in isr̃l magnũ nomẽ eius. Et factus est in pace locus ei⁹: ⁊ habitatio ei⁹ i syon Ibi cõfregit potẽtias: arcũ scutũ gladium ⁊ bellũ. Illuminans tu mirabiliter a mõtib⁹ eẽnis: turbati sũt oẽs insipiẽtes corde. Dormierũt somnũ suũ: ⁊ nihil inuenerũt oẽs viri diuitiarũ in manib⁹ suis. Ab increpatiõe tua deus iacob: dormitauerũt q̃ ascẽderũt eq̃s. Tu terribilis es ⁊ quis resistet tibi? ex tunc ira tua. De celo auditũ fecisti iudiciũ: terra tremuit ⁊ quieuit. Cũ exurgeret in iudicium deus: ut salu os faceret oẽs mansuetos terre. Quĩ cogitatio hois cõfitebit tibi: ⁊ relíquie cogitatiõis diem festũ agent tibi. Vouete ⁊ reddite dño deo vr̃o: oẽs qui in circuitu ei⁹ affertis munera. Terribili ⁊ ei q̃ aufert spm̃ principũ: terribili apud reges terre. Victori supᵹ ditibũ p̃s asaph.

LXXVI

Voce mea ad dominũ clamaui: voce mea ad deũ ⁊ intendit mihi. In die tribulatiõis mee deũ exq̃siui mãib⁹ meis nocte ꝓtra eũ: ⁊ nõ sũ deceptus. Renuit cõsolari aia mea: memor fui dei ⁊ delectat⁹ sũ: ⁊ exercitatus sũ ⁊ defecit spũs me⁹. Anticipauerũt vigilias oculi mei: turbat⁹ sum ⁊ nõ sũ locut⁹. Cogitaui dies ãtiquos: ⁊ ãnos eternos in mente habui. Et meditatus sum nocte cũ corde meo: ⁊ exercitabar ⁊ scopebã spm̃ meũ. Nũq̃d in etnũ p̃jciet deus: aut nõ apponet ut complacitior sit adhuc? Aut in finẽ misericordiã suã abscidet: a generatione in generationẽ? Aut obliuiscetur misereri deus: aut cõtinebit in ira sua misericordias suas? Et dixi nũc cepi: hec mutatio dextere excelsi. Memor fui operũ dñi: q̃a memorabo ab initio mirabilũ tuoꝝ. Et meditabor in omn⁹ opr̃ib⁹ tuis. ⁊ in adinuentionibus tuis exercebor. Deus in scõ via tua: quis deus magnus sicut deus noster? tu es deus qui facis mirabilia. Notã fecisti in populis virtutẽ tuã: redemisti in brachio tuo populũ tuũ: filios iacob ⁊ ioseph. Viderũt te aque deus viderũt te aque ⁊ timuerunt: ⁊ turbate sũt abyssi. Multitudo sonit⁹ aquaꝝ vocẽ dederũt nubes. Etenim sagitte tue trãsierunt: vox tonitrui tui in rota. Illuxerunt coruscationes tue orbi terre: cõmota est ⁊ ꝓtremuit terra. In mari via tua ⁊ semite tue in aq̃s multis: ⁊ vestigia tua nõ cognoscẽt. Deduxisti sicĩ oues ꝑ manũ tuã: i manu moysi ⁊ aaron.

Erudino asaph.

LXXVII

Attẽdite pp̃le meus legẽ meã: inclinate aurẽ vestrã in verba oris mei. Aperiã in parabolis os meum: loquar ꝓpositiones ab initio. Quanta audiuim⁹ ⁊ cognouim⁹ ea: ⁊ patres nostri narrauerũt nobis. Non sunt occultata a filijs eoꝝ: in generatione altera. Narrantes laudes dñi ⁊ virtutes ei⁹: ⁊ mirabília ei⁹ q̃ fecit. Et suscitauit testimoniũ in iacob: ⁊ legẽ posuit in isr̃l. Quãta mandauit patrib⁹ nostris nota facere ea filijs suis: ut cognoscat generatio altera. Filij q̃ nascent̃ ⁊ exurgẽt: ⁊ narrabunt filijs suis. Ut ponãt in deo spem suã: ⁊ nõ obliuiscant̃ operũ dei: ⁊ mandata eius exquirãt. Ne fiant sicut patres eoꝝ: gnãtio praua ⁊ exasperãs. Generatio que nõ direxit cor suũ: ⁊ nõ est creditus cũ deo spũs ei⁹. Filij effrem intendentes ⁊ mittẽtes arcũ: cõuersi sunt in die belli. Nõ custodierũt testamentũ dei: ⁊ in lege eius noluerũt ambulare. Et obliti sunt benefactoꝝ eius: ⁊ mirabiliũ ei⁹ que ostẽdit eis. Coram patrib⁹ eoꝝ fecit mirabília i terra egypti: in campo thaneos. Interrupit mare ⁊ ꝓduxit eos: ⁊ statuit aq̃s quasi in vtre. Et deduxit eos in nube diei: ⁊ tota nocte in illuminatione ignis. Increpuit petrã i deremo: ⁊ adaq̃uit eos velut i abysso multa. Et eduxit aquam de petra: ⁊ eduxit tãq̃ flumina aquas. Et apposuerũt adhuc peccare ei: i irã excitauerũt excelsũ i iaquoso. Et tẽptauerũt deũ in cordib⁹ suis: ut peterẽt escas animabus suis. Et male locuti sũt de deo: dixerunt nunquid poterit deus parare mensam in deserto? Quoniã percussit petrã ⁊ fluxerunt aque: ⁊ torrentes inundauerunt. Nũquid ⁊ panem poterit dare: aut portare

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

mensam populo suo? Ideo audiuit dñs ⁊ distulit: ⁊ ignis accensus est in iacob: ⁊ ira ascendit in isrl. Quia nō crediderunt in deo: nec sperauerūt in salutari ei⁹. Et mandauit nubib⁹ desup: ⁊ ianuas celi aperuit. Et pluit illis mānna ad manducandū: ⁊ panē celi dedit eis. Panē angelorū manducauit homo: cibaria misit eis in abūdantiā. Transtulit austrū de celo: ⁊ induxit ivirtute sua affricū. Et pluit sup eos sicut puluerem carnes: ⁊ sicut arenā maris volatilia pēnata. Et ceciderunt in medio castroꝝ eoꝝ: circa tabernacula eorū. Et manducauerunt ⁊ saturati sūt nimis: ⁊ desideriū eorū attulit eis: non sunt fraudati a desiderio suo. Adhuc esce eorum erant in ore ipsorū: ⁊ ira dei ascendit sup eos Et occidit pingues eoꝝ: ⁊ electos isrl impediuit. In omnib⁹ his peccauerunt adhuc: ⁊ nō crediderūt in mirabilibus eius. Et defecerunt in vanitate dies eoꝝ: ⁊ anni eorū cū festinatione. Cū occideret eos querebāt eū: ⁊ reuertebant ⁊ diluculo veniebant ad eum Et rememorati sūt quia deus adiutor ē eoꝝ: ⁊ de⁹ excelsus redemptor eoꝝ ē. Et dilexerūt eum in ore suo: ⁊ lingua sua mentiti sunt ei. Cor aūt eoꝝ nō erat rectū cū eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius. Ipse autē est misericors ⁊ ꝓpitius fiet peccatis eoꝝ: ⁊ nō dispdet eos. Et abundauit ut auerteret irā suā: ⁊ nō accendit oēm iram suā. Et recordatus est quia caro sunt: spiritus vadens ⁊ nō rediens. Quotiēs exacerbauerūt eum in deserto: in iram cōcitauerūt eum in inaqso. Et cōuersi sunt ⁊ temptauerūt deū: ⁊ sanctū isrl exacerbauerūt. Non sūt recordati manꝰ ei⁹: die qua redemit eos de manu tribulantis Sicut posuit in egypto signa sua: ⁊ ꝓdigia sua in campo thaneos. Et cōuertit i sanguinem flumina eorū: ⁊ hymbres eorū ne biberēt. Misit in eos cynomiā ⁊ comedit eos: ⁊ ranā ⁊ dispdidit eos. Et dedit erugini fructus eorū: ⁊ labores eoꝝ locuste. Et occidit in grandine vineas eoꝝ: ⁊ moros eorum in pruina. Et tradidit grandini iumenta eoꝝ: ⁊ possessiones eoꝝ igni. Misit i eos irā indignationis sue: indignationē ⁊ iram ⁊ tribulationē: imissiones p angelos malos. Viā fecit semite ire sue: non pepcit a morte aiarū eorū: ⁊ iumenta eorū in morte conclusit. Et pcussit oē p̄mogenitū in terra egypti: p̄mitias oīs laboris eorū in tabernaculis cham.

Et abstulit sicut oues ppl̄m suū: ⁊ perduxit eos tanq̄ gregē in deserto. Et deduxit eos i spē ⁊ non timuerūt: ⁊ inimicos eorū operuit mare. Et induxit eos in montē sanctificationis sue: montē quē acq̄siuit dextera ei⁹. Et eiecit a facie eorū gentes: ⁊ sorte diuisit eis terrā in funiculo distributiōis. Et habitare fecit in tabernaculis eoꝝ: trib⁹ isrl. Et temptauerūt ⁊ exacerbauerūt deū excelsū: ⁊ testimonia ei⁹ nō custodierūt. Et auerterūt se ⁊ nō seruauerūt pactū: quēadmodū patres eorū cōuersi sunt in arcū prauū. In iram cōcitauerunt eū in collib⁹ suis: ⁊ in sculptilib⁹ suis ad emulationē eū puocauerūt. Audiuit deus ⁊ spreuit: ⁊ ad nihilū redegit valde isrl. Et repulit tabernaculū silo: tabernaculū suū vbi habitauit in hoib⁹. Et tradidit in captiuitatē virtutē eoꝝ: ⁊ pulchritudinē eoꝝ in man⁹ inimici. Et conclusit in gladio populū suū: ⁊ hereditatē suā spreuit. Iuuenes eorū comedit ignis: ⁊ virgines eoꝝ nō sunt lamētate. Sacerdotes eoꝝ in gladio ceciderūt: ⁊ vidue eoꝝ nō plorabant. Et excitat⁹ est tanq̄ dormiēs dñs: tanq̄ potēs crapulat⁹ a vino. Et percussit inimicos suos i posteriora: opprobriū sempiternū dedit illis. Et repulit tabernaculum ioseph: ⁊ tribū effrem non elegit. Sed elegit tribum iuda: montē syon quē dilexit. Et edificauit sicut vnicornis sanctificiū suū: in terra quā fundauit in secula. Et elegit dauid seruū suū: ⁊ sustulit eū de gregib⁹ ouiū: de post fetātes accepit eū. Pascere iacob ꝑ suū suū. ⁊ isrl hereditatē suā. Et pauit eos in innocētia cordis sui: ⁊ in intellectib⁹ manuū suaꝝ deduxit eos.

Cantic̄ asaph. LXXVIII

Deus venerūt gētes in hereditatē tuā: polluerūt templū sanctū tuū: posuerūt irl̄m in pomoꝝ custodiā. Posuerūt mortalia seruoꝝ tuoꝝ escas volatilib⁹ celi: carnes sanctoꝝ tuoꝝ bestijs terre. Effuderunt sanguinē ipsoꝝ tanq̄ aquā in circuitu irl̄m: ⁊ non erat q̄ sepeliret. Facti sum⁹ opprobriū vicinis nostris: subsannatio ⁊ illusio his qui in circuitu nostro sunt. Vsq̄quo dñe irascēris in finē: accendetur velut ignis zel⁹ tuus? Effunde iram tuā in gentes que te nō nouerūt: ⁊ in regna que nomen tuū nō inuocauerunt. Quia comederūt iacob: ⁊ locū eius desolauerūt. Ne memineris iniq̄tatū nr̄aꝝ ātiq̄ꝝ: cito ānticipēt nos mīe tue: q̄a pauperes facti sum⁹ nimis.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Adiuua nos ꝙ salutaris nostr: ⁊ ꝓpter gloriam nois tui dñe libera nos. Et ꝓpitius esto ꝑtis nostris ꝓpter nomẽ tuũ: ne forte dicãt i gẽtibus. vbi ẽ ꝙ eoꝝ. Vltio sanguinis seruoꝝ suoꝝ qui effusus est: introeat i ꝓspectu tuo gemitus cõpeditoꝝ. Scõm magnitudinẽ brachij tui: possides filios mortificatoꝝ. Et redde vicinis nris septuplum in sinu eoꝝ: iproperiũ ipsoꝝ qđ exprobrauerunt tibi dñe. Nos aũt ꝓplus tuus ⁊ oues pascue tue: cõfitebimur tibi in seculũ. In gnãtionẽ ⁊ generationẽ: annũciabimus laudẽ tuam.

Ad victoriam super lilia testimonium asaph. ꝑs. LXXIX

Qui regis isrl itẽde: q̃ deducis velut ouẽ ioseph. Qui sedes super cherubin manifestare: coram effraim benia-
min ⁊ manasse. Excita potentiã tuã ⁊ veni: ut saluos facias nos. Deus conuerte nos: ⁊ oñde faciẽ tuã ⁊ salui erimus. Dñe ꝙ ꝛtutũ: quousq̃ irasceris sup oronẽ serui tui? Cibabis nos pane lacrymarũ: ⁊ potũ dabis nobis in lacrymis in mẽsura. Posuisti nos in contradictionẽ vicinis nostris: ⁊ inimici nostri subsannauerũt nos. Deus virtutũ cõuerte nos: ⁊ ostẽde faciẽ tuam ⁊ salui erim⁹. Vineã de egypto trãstuliste: eiecisti gentes ⁊ plantasti eam. Dux itineris fuisti in cõspectu ei⁹: ⁊ plantasti radices eius ⁊ impleuit terrã Operuit montes vmbra ei⁹: ⁊ arbusta eius cedros dei. Extendit palmites suos vsq̃ ad mare: ⁊ vsq̃ ad flumen ꝓpagines eius. Ut q̃d destruxisti maceriã eius: ⁊ vindemiãt eã oẽs qui ꝑtergrediunt viã. Exterminauit eã aper de silua: ⁊ singularis ferus depastus ẽ eã. Deus virtutũ cõuertere: respice de celo ⁊ vide ⁊ visita vineã istã. Et pfice eã quã plantauit dextera tua: ⁊ sup filiũ bois quẽ cõfirmasti tibi. Incẽsa igni ⁊ suffossa: ab increpatione vult⁹ tui pibũt. Fiat man⁹ tua sup virũ dextere tue: ⁊ sup filiũ hois quẽ ꝓfirmasti tibi Et nõ discedim⁹ a te: viuificabis nos ⁊ nomẽ tuũ inuocabim⁹. Dñe ꝙ virtutũ cõuerte nos: ⁊ ostende faciẽ tuã ⁊ salui erim⁹. Victori in torcularib⁹ asaph. ꝑs. LXXX

Exultate deo adiutori nro: iubilate deo iacob. Sumite psalmũ ⁊ date tympanũ: psalteriũ iocundũ cũ citbara. Buccinate in neomenia tuba: i insigni die sollẽnitatis vre. Quia ꝓceptũ in isrl est: ⁊ iudiciũ deo iacob. Testimonium in ioseph posuit illud: cũ exiret de terra egypti: linguã quã nõ nouerat audiuit. Diuertit ab oneribus dorsum ei⁹: man⁹ eius in cophino seruierunt. In tribulatiõe inuocasti me ⁊ liberaui te: exaudiui te in abscondito tẽpestatis: probaui te apud aquã ꝓtradictiõis. Audi populus me⁹ ⁊ cõtestabor te: isrl si audieris me nõ erit in te deus recens: neq̃ adorabis deũ alienũ. Ego.n. sum dñs deus tuus q̃ eduxi te de tra egypti: dilata os tuũ ⁊ implebo illud. Et nõ audiuit populus me⁹ vocẽ meã: ⁊ isrl non intendit mihi. Et dimisi eos ꝓm desideria cordis eoꝝ: ibunt in adinuẽtionib⁹ suis. Si ꝓpulus meus audisset me: isrl si i vijs meis ambulasset: ꝓ nihilo forsitã inimicos eorum humiliassem: ⁊ sup tribulantes eos misissem manũ meã. Inimici dñi mẽtiti sũt ei: ⁊ erit temp⁹ eorũ i secula. Et cibauit illos ex adipe frumenti: ⁊ de petra melle saturauit eos. ꝑs asaph. LXXXI

Deus stetit in synagoga deoꝝ: in medio aũt deos diiudicat. Vsq̃q̃ iudicatis iniquitatẽ: ⁊ facies pctoꝝ sumitis? Judicate egeno ⁊ pupillo: humilẽ ⁊ pauperẽ iustificate. Eripite pauperẽ: ⁊ egenũ de manu pctoris liberate. Nescierũt neq̃ intellexerunt: in tenebris ambulant: mouebũt oia fundamenta terre. Ego dixi: dij estis: ⁊ filij excelsi oẽs. Vos aũt sicut homines moriemini: ⁊ sicut vnus de principib⁹ cadetis. Surge deus iudica terrã: qm̃ tu bereditabis in oibus gentibus. Canticũ psalmi asaph. LXXXII

Verba ecclesiastes · filij dauid regis ierlm. Vanitas vanitatum dixit ecclesiastes: vanitas vanitatū ⁊ oia vānitas. Quid hz amplidē hō de vniuso labore suo quo laborat sub sole. Generatio ꝓterit ⁊ gnātio aduenit: tra aūt in eternū stat. Oritꝫ sol ⁊ occidit: ⁊ ad locū suū reuertit̄: ibiqꝫ renascēs gyrat p meridiē: ⁊ flectit̄ ad aqlonē. Lustrās vniuersa ī circuitu pgit spūs: ⁊ in circulos suos reuertit̄. Oia flumina intrant in mare: ⁊ mare nō redundat. Ad locum vnde exeunt fluia reuertūt̄: ut iterū fluant. Cuncte res difficiles: nō potest eas hō explicare sermone. Nō saturat̄ oculꝰ visu: nec auris auditu impletur. Quid est qđ fuit? Ipsum qđ futurꝫ ē. Quid ē qđ factū ē? Ipsū qđ faciendū est. Nihil sub sole nouū: nec valet quis qꝫ dicē: ecce hoc recēs est. Jā. n. ꝓcessit ī seculis que fuerūt añ nos. Nō ē prioꝝ memoria: sed nec eoꝝ quidē q̄ postea futura sūt erit recordatio apud eos q̄ futuri sūt i nouissimo. Ego ecclesiastes fui rex israel ī irlm: ⁊ ꝓposui i aio meo querere ⁊ inuestigare sapienter de oibꝰ que fiunt sub sole. Hanc occupationē pessimā dedit deus filijs hoiuz: ut occuparēt̄ in ea. Vidi que fiūt cuncta sub sole: ⁊ ecce vniuersa vanitas ⁊ afflictio spūs. Peruersi difficile corrigūt̄: ⁊ stultoꝝ infinitꝰ ē numerus. Locutꝰ sū ī corde meo dicēs: ecce magnꝰ effectꝰ sū. ⁊ ꝓcessi dē sapiētia qui fuerūt añ me ī irlm: ⁊ mens mea contemplata est multa sapienter ⁊ didici: dedꝫ cor meū ut scirē prudentiā atqꝫ doctrinam: erroresqꝫ ⁊ stultitiā. Et agnoui qꝫ i his quoqꝫ esset labor ⁊ afflictio spiritꝰ: eo qꝫ i multa sapia multa sit indignatio: ⁊ qui addit sciam · addit ⁊ laborem. II

Dixi ergo in corde meo. Vadam ⁊ affluā delitijs: ⁊ fruar bonis. Et vidi qꝫ hoc quoqꝫ esset vanitas. Risū reputaui errorē. ⁊ gaudio dixi: Quid frustra deciperis? Cogitaui ī corde meo · abstrahere a vino carnē meā · ut animꝫ meū trāsferrē ad sapiam · deuitaremqꝫ stulticiā: donec viderē quid esset vtile filijs hoiuz: quo facto opus ē sub sole numero dierū vite sue. Magnificaui opa mea. Edificaui mihi domos ⁊ plātaui vineas: feci hortos ⁊ pomeria ⁊ conseui ea cuncti generis arborib⁹. ⁊ extruxi mihi

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

piſcinas aquarū ut irrigarem ſiluā lignoꝝ germinantiū. Poſſedi ſeruos ⁊ ancillas. multamq; familiā habui: armenta quoq; ⁊ magnos ouiū greges: vltra oēs q̄ fuerūt aī me in yr̄m. Coaceruaui mihi argentū ⁊ aurū: ⁊ ſubſtātias regū ⁊ puinciaꝝ. Feci mihi cātores ⁊ cātatrices ⁊ delitias filioꝝ hoiuꝫ: cyphos ⁊ vrceolos i miniſterio ad vina fūdenda. ⁊ ſupgreſſus ſū opib⁹ oēs q̄ ante me fuerūt in yr̄m. Sapia quoq; pſeuerauit mecū: ⁊ oīa q̄ deſiderauerūt oculi mei non negaui eis: nec phibui cor meū q̄n omni voluptate frueret. ⁊ oblectaret ſe in his q̄ ꝑparauerā. Et hāc rat⁹ ſū partē meā: ſi vterer labore meo. Cūq; me cōuertiſſem ad vniuerſa opa q̄ fecerant man⁹ mee. ⁊ ad labores i q̄b⁹ frūſtra ſudauerā: vidi in oīb⁹ vanitatē ⁊ afflictionē anumi. ⁊ nihil pmanere ſub ſole. Tranſiui ad cōtemplandā ſapiam. errores q; ⁊ ſtulticiam Quid ē inquā hō. ut ſequi poſſit regē factorē ſuū? Et vidi q; tantū p̄cederet ſapia ſtulticiā quantū differt lux a tenebris. Sapiēt̄ oculi in capite ei⁹: ſtultus in tenebris ambulat. Et didici q; vnus vtriuſq; eēt interit⁹: ⁊ dixi in corde meo. Si vnus ⁊ ſtulti ⁊ meus occaſus erit. quid mihi pdeſt q; maiorē ſapientie dedi operā? Locutuſq; cū mēte mea: aia aduerti q; ꝺ q̄z eēt vanitas. Nō. n. erit memoria ſapient̄ ſimiliter ut ſtulti i p̄petuū: ⁊ futura tpa obliuiōe cūcta parit̄ operient. Morit̄ doct⁹ ſimiliter ut indoct⁹. ⁊ idcirco teduit me vite mee. videntem mala vniuerſa eē ſub ſole. ⁊ cūcta vanitatē ⁊ afflictionē ſpūs. Rurſus detestat⁹ ſū ēm induſtriam meā qua ſub ſole ſtudioſiſſime laborauī: habitur⁹ heredē poſt me quem ignoro vt̄ ſapiens an ſtultus futurus ſit. ⁊ dñabit̄ in laborib⁹ meis q̄b⁹ delaboraui ⁊ ſollicit⁹ fui. Et ē q̄q; tā vanū? Unde ceſſaui: renūciauitq; cor meū vltra laborare ſub ſole. Nā cū ali⁹ laboret i ſapia ⁊ doctrina ⁊ ſollicitudine: hoī ocioſo queſita dimittit. Et hoc q̄q; vanitas. ⁊ magnū malum. Quid. n. p̄derit hoi de vniuerſo labore ſuo ⁊ afflictione ſpūs qua ſub ſole cruciatus eſt? Cūcti dies eius doloribus ⁊ erūnis pleni ſūt: nec̄ nocte mēte requieſcit. Et hoc nōne vanitas eſt? Nōne meli⁹ ē comedere ⁊ bibere: ⁊ oſtēdere aie ſue bona de laborib⁹ ſuis? Et hoc de manu dei eſt. Quis ita deuorabit ⁊ delitijs affluet ut ego? hoī bono i ꝓſpectu ſuo dedit deus ſapientiā ⁊ ſcientiā ⁊ leticiā: peccatori autem dedit afflictionē ⁊ curā ſuperfluā: ut addat ⁊ congreget ⁊ tradat ei q̄ placuit deo. Sed ⁊ hoc vanitas eſt: ⁊ caſſa ſollicitudo mētis. III

Omnia temp⁹ habent: ⁊ ſuis ſpatijs tranſeūt vniuerſa ſub celo. Tempus naſcendi: ⁊ temp⁹ moriēdi. Tempus plantandi: ⁊ temp⁹ euellēdi q̄ plantatū ē. Temp⁹ occidēdi: ⁊ tēp⁹ ſanādi. Tēp⁹ deſtruendi: ⁊ temp⁹ edificandi. Temp⁹ flendi: ⁊ tēpus ridēdi. Temp⁹ plangēdi: ⁊ temp⁹ ſaltandi. Temp⁹ ſpargendi lapides: ⁊ temp⁹ colligendi. Temp⁹ amplexādi: ⁊ temp⁹ lōge fieri ab amplexib⁹. Temp⁹ acq̄rēdi: ⁊ temp⁹ perdendi. Temp⁹ cuſtodiēdi: ⁊ temp⁹ abijciēdi. Temp⁹ ſcindendi: ⁊ temp⁹ ꝓſuendi. Temp⁹ tacendi: ⁊ tēp⁹ loquēdi. Temp⁹ dilectiōis: ⁊ temp⁹ odij. Temp⁹ belli: ⁊ tēp⁹ pacis. Quid habet ampli⁹ hō de labore ſuo? Vidi afflictionē quā dedit de⁹ filijs hoiuꝫ. ut diſtendāt in ea. Cūcta fecit bona in tempore ſuo. ⁊ mūdū tradidit diſputationi eoꝝ: ut nō inueniat homo quod operatus ē deus ab initio vſq; ad finē. Et cognoui q; nō eēt melius niſi letari: facere bene in vita ſua. Omis. n. hō qui comedit ⁊ bibit. ⁊ videt bonum de labore ſuo: hoc donū dei ē. Didici q; oīa opa que fecit deus ꝓſeuerent i p̄petuū. Nō poſſumus eis quicq̄ addere nec auferre: que fecit deus ut timeat. Quod factū ē: ipſū pmanet. Que futura ſūt iam fuerūt: ⁊ deus inſtaurat q̄ abijt. Vidi ſub ſole i loco iudicij impietatē ⁊ in loco iuſticie iniq̄tatē. ⁊ dixi in corde meo: Juſtum ⁊ impiū iudicabit dñs: ⁊ temp⁹ oīs rei tūc erit. Dixi in corde meo de filijs hoiuꝫ. ut ꝓbaret eos deus: ⁊ oñderet ſiles ē beſtijs. Idcirco vn⁹ interit⁹ eſt bois ⁊ iumētoꝝ ⁊ eq̄ vtriuſq; conditio. Sicut morit̄ hō: ſic ⁊ illa moriūt̄. Similiter ſpirāt oīa: ⁊ nihil habet hō iumēto amplius. Cuncta ſubiacent vanitati: ⁊ oīa p̄gūt ad vnū locū. De terra facta ſūt: ⁊ i cīrā parit̄ reuertūt̄. Quis nouit ſi ſpiritus filioꝝ adam aſcendat ſurſū: ⁊ ſi ſpiritus iumentoꝝ deſcēdat deorſū? Et deꝓbendi nihil eſſe meli⁹ q̄ letari hoīem in ope ſuo: ⁊ hanc eſſe partem illi⁹. Quis enim eū adducet ut poſt ſe futura cognoſcat? IIII

Uerti me ad alia. ⁊ vidi calūnias que ſub ſole gerūt̄: ⁊ lachrymas innocētiū. ⁊ neminē cōſolatorē. nec poſſe reſiſtere eoꝝ violentie. cūctoꝝ auxilio deſtitutos. Et laudaui magis mortuos q̄ viuētes: ⁊

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

felicioꝛē vtroq; iudicaui q̄ necdū natus est: nec vidit mala que sub sole fiūt. Rursū contemplat⁹ sū ꝯes laboꝛes boiuz. ⁊ industrias aiaduerti patere inuidie ꝓximi. Et in ꝟ ergo vanitas. ⁊ cura supflua est. Stult⁹ cōplicat manus suas. ⁊ comedit carnes suas dicēs: Melioꝛ ē pugillus cū requie: q̄ plena vtraq; manus cū laboꝛe ⁊ afflictione animi. Cōsideraꝛi rursū repperi ⁊ aliā vanitatē sub sole. Un⁹ ē ⁊ secūdū nō habet. nō filiū. nō fratrē. ⁊ tñ laboꝛare nō cessat. nec satiāt oculi ei⁹ diuitijs nec recogitat dicens: Cui laboꝛo. ⁊ fraudo aiam meā bonis? In hoc quoq; vanitas ē ⁊ afflictio pessima. Meli⁹ è g̃ duos eē simul q̄ vnū: habent eni emolumentū societatis sue. Si vnus ceciderit: ab altero fulciet. Ve soli: quia cū ceciderit non habet subleuantē se. Et si doꝛmierint duo: fouebuntur mutuo Unus quō calefiet? Et si quispiā preualuerit ꝯ vnū. duo resistūt ei. Funiculus triplex difficile rumpit. Melioꝛ est puer paup ⁊ sapiens. rege sene ⁊ stulto. qui nescit preuidere in posterū. Qꝛ ⁊ de carcere catbenisq; interdū quis egrediat ad regnū. ⁊ alius nat⁹ i regno inopia consūmat. Vidi cūctos viuētes. qui ambulant sub sole cū adolescēte secūdo: qui ꝓsurget ꝓ eo. Infinit⁹ numer⁹ est ꝑ̄ oiuz q̄ fuerunt ante eū. ⁊ qui postea futuri sunt non letabunt in eo. Sed ⁊ ꝟ vanitas ⁊ afflictio spirit⁹. Custodi pedē tuū ingrediēs domū dei ⁊ approꝑinqua ut audias. Multo. n. melioꝛ ē obediētia q̄ stultoꝛū victime: q̄ nesciūt q̄d faciūt mali. Ne temere quid loquaris: neq; coꝛ tuū sit veloꝛ ad proferēdū sermonē coꝛā deo. Deus eni in celo. ⁊ tu sup terrā. idcirco sint pauci sermones tui. Multas curas sequūt somnia. ⁊ in multis sermonibus inuenit stulticia. Si q̄d vouisti deo: ne moꝛeris reddē. Displicet. n. ei infidelis ⁊ stulta ꝓmissio. Sz q̄ cūq; voueꝛis. redde. Multoq; melius ē nō vouē: q̄ p⁹ votū ꝓmissa nō reddē. Ne dederis os tuū ut peccare facias carnē tuā: neq; dicas. coꝛā angelo nō est ꝓuidētia ne forte iratus dñs ꝟ sermones tuos dissipet cūcta opa manuū tuaꝝ. Ubi multa sūt somnia. plurime sūt vanitates ⁊ sermones innumeri. Tu ꝟo deū time. Si videris calūnias egenoꝝ ⁊ violēta iudicia ⁊ subuerti iusticiā i ꝓuincia. nō mireꝛis sup ꝟ negocio: q̄a excelso excelsioꝛ ē ali⁹. ⁊ sup bos q̄ eminētioꝛes sūt alij. ⁊ insup vniuersꝰ ē rex imp̄at seruienti.

Auarus nō implebit pecunia: ⁊ q̄ amat diuitias. fructū nō capiet ex eis. Et ꝟ ergo vanitas. Ubi multe sunt opes: multi ⁊ qui comedūt eas. Et q̄d prodest possessoꝛi: nisi q̄ cernit diuitias oculis suis? Dulcis est somnus operāti siue paꝝ siue multū comedat: saturitas autem diuitū non sinit eum doꝛmire. Est ⁊ alia infirmitas pessima quā vidi sub sole. Diuitie conseruate in malū dñi sui. Pereunt eni in afflictione pessima. Generauit filiū. qui in sūma egestate erit. Sicut egressus est nudus de vtero mr̄is sue. sic reuertet. ⁊ nihil auferet secū de laboꝛe suo. Miserabilis ꝓrsus infirmitas. Quō venit: sic reuertet. Quid g̃ ꝓdest ei qō laboꝛauit i ventū? Cunct⁹ dieb⁹ vite sue comedit i tenebꝛis ⁊ i curis multis. ⁊ i erūna atq; tristicia. Bonū itaq; visū est mihi bonū: ut comedat q̄s ⁊ bibat ⁊ fruat leticia ex laboꝛe suo. q̄ laboꝛauit ipse sub sole nūero dieꝝ vite sue q̄s dedit ei de⁹. ⁊ ꝟ ē pars illi⁹. Et oi hoi cui dedit deus diuitias atq; substantiā: potestatēq; ei tribuit ut comedat ex eis ⁊ fruat ꝑte sua. ⁊ letet de laboꝛe suo: hoc est donū dei. Non enī satis recoꝛdabit dieꝝ vite sue. eo q̄ deus occupet delitijs coꝛ eius.

Est ⁊ aliud malū qō vidi sub sole. ⁊ quidē frequēs apud hoies. Uir cui dedit de⁹ diuitias ⁊ substantiā ⁊ honoꝛem ⁊ nihil deest aie sue ex oib⁹ que desideꝛat: nec tribuit ei potestatē de⁹ ut comedat ex eo: ⁊ hō extraneus voꝛabit illud. Hoc vanitas ⁊ magna miseria ē. Si genuerit quispiā centū liberos ⁊ vixerit multos ānos. ⁊ plures dies etatis habuerit. ⁊ aia illius nō vtat bonis substātie sue: sepulturaq; careat. de hoc ego ꝓnūcio q̄ melioꝛ illo sit aboꝛtiuus. Frustra. n. venit ⁊ ꝑgit ad tenebꝛas. ⁊ obliuione delebit nomē ei⁹. Nō vidit solē. neq; cognouit distantiā boni ⁊ mali: etiā si duob⁹ milibus annis vixerit. ⁊ nō fuerit ꝑfruit⁹ bonis. Nōne ad vnū locū ꝓperant oia? Ois laboꝛ hois in oꝛe ei⁹: ⁊ aia ei⁹ non implebit bonis. Quid habet amplius sapiens a stulto. ⁊ q̄d pauper nisi ut pergat illuc vbi est vita? Melius est videre quod cupias q̄ desiderare qō nescias. Sed ⁊ hoc vanitas est. ⁊ presūptio spiritus. Qui futurus est iam vocatū est nomen ei⁹. ⁊ scitur q̄ homo sit. ⁊ nō possit ꝟtra foꝛtioꝛē se i iudicio ꝟtendere. Uerba sūt plurima: multāq; i disputādo babētia vanitatē.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Quid necesse ē hoi maiora se q̄rere: cū ignoret q̄d conducat sibi i vita sua numero dierū pegrinatiōis sue. ⁊ tēpore qō velut vmbra p̄terit? Aut quis ei poterit indicare. q̄d post eū futurū sub sole sit?

VII

Melio ē nomē bonū q̄ vnguēta p̄ciosa: ⁊ dies mortis die natiuitatis. Melius ē ire ad domū luct⁹: q̄ ad domū potus. In illa.n. finis cūctor ām̄onet hoiuz ⁊ viuēs cogitat q̄d futur⁹ sit. Melior ē ira risu: q̄a p tristiciā vult⁹ corrigit anim⁹ delinquentis. Cor sapientiū vbi tristicia est: ⁊ cor stultor vbi letitia. Meli⁹ ē a sapiente corripi. q̄ stultor adulatiōe decipi: q̄a sicut sonitus spinar ardentiū sub olla: sic risus stulti. Sz ⁊ hoc vanitas. Calūnia p̄turbat sapiētē. ⁊ pdet robur cordis ei⁹. Melior est finis oratiōis: q̄ p̄ncipiū. Melior ē patiēs arrogāte. Ne sis velox ad irascēdū: q̄a ira i sinu stulti requiescit. Ne dicas: q̄d putas cause est q̄ priora tpa meliora fuere q̄ nūc sūt: Stulta enī ē huiuscemodi interrogatio. Utilior est sapia cū diuitijs: ⁊ magis pdest vidētib⁹ solē. Sic.n. protegit sapiētia: sic protegit pecunia. Hoc autē plus habet eruditio ⁊ sapia: q̄ vitā tribuūt possessori suo. Considera opera dei: q̄ nemo possit corrigē quē ille despexerit. In die bona fruere bonis. ⁊ malā diē p̄caue. Sicut.n. hāc sic ⁊ illā fecit deus: ut non inueniat hō contra eū iustas querimonias. Hec q̄ vidi in dieb⁹ vanitatis mee. Just⁹ perit i iusticia sua: ⁊ impi⁹ multo viuit tpe i malitia sua. Noli esse iust⁹ multū: neq; plus sapias q̄ necesse est. ne obstupescas. Ne impie agas multū. ⁊ noli esse stult⁹: ne morias i tpe nō tuo. Bonū est te sustētare iustū: ⁊ ab illo ne subtrabas manū tuā: quia q̄ timet deū nihil negligit. Sapiētia cōfortauit sapiētē: super decē principes ciuitatis. Nō est.n. hō iust⁹ in terra: q̄ faciat bonū ⁊ nō peccet. Sz ⁊ cunctis sermōib⁹ q̄ dicūt. ne accomodes cor tuū: ne forte audias seruū tuū maledicentē tibi. Scit.n. conscia tua: q̄a ⁊ tu crebro maledixisti alijs. Cūcta temptaui i sapia. Dixi sapiēs efficiar. ⁊ ipsa longi⁹ recessit a me multo magis q̄ erat. Et alta p̄fūditas: q̄s inueniet eā? Lustraui vniuersa aio meo: ut scirē ⁊ cōsiderarē ⁊ q̄rerē sapientiam ⁊ rationē. ⁊ ut cognoscerē impietatem stulti. ⁊ errorē ip̄rudētiū. Et inueni amariorem morte mulierē: que laqueus venatorū est. ⁊ sagena cor eius. Vincula sunt manus illius. Qui placet deo effugiet illā: qui autē peccator est capiet ab illa. Ecce hoc inueni dixit ecclesiastes. vnū ⁊ alterū: ut inuenirē rationem quā adhuc q̄rit aia mea. ⁊ nō inueni. Virū de mille vnū reperi: mulierē ex oib⁹ nō inueni. Solūmō hoc inueni. q̄ fecerit deus hoiem rectū. ⁊ ipse se infinitis miscuerit q̄stiōib⁹. Quis talis ut sapiēs ē? Et q̄s cognouit solutionē rei? Sapia hois luceti vultu ei⁹. ⁊ potētissim⁹ faciem illius cōmutabit.

VIII

Ego os regis obserua. ⁊ p̄cepta iuramēti dei. Ne festines recedere a facie ei⁹. neq; p̄maneas i ope malo: q̄a oē q̄d voluerit faciet. ⁊ sermo illi⁹ potāte plen⁹ ē. Nec dicē ei q̄s q̄re ita facis? Qui custodit p̄ceptū. nō experiet q̄q̄ mali. Temp⁹ ⁊ respōsionē cor sapiētis intelligit. Omni negocio temp⁹ ē ⁊ oportunitas. ⁊ multa hois afflictio q̄a ignorat p̄terita. ⁊ futura nullo scire pōt nūcio. Nō est in hois ditione p̄hibē spūm. nec habet potātē in die mortis: nec sinit quiescere ingruēte bello: nec saluabit impietas impiū. Vidi hec cōsideraui. ⁊ dedi cor meū in cunctis operib⁹ q̄ fiūt sub sole. Interdū dominat hō homini in malū suū. Vidi impios sepultos: q̄ etiā cū adhuc viuerēt. in loco sancto erāt: ⁊ laudabāt i ciuitate q̄si iustor operū. Sed ⁊ hoc vanitas ē. Eteni q̄a nō p̄fert cito p̄tra malos sniā: absq; timore vllo filij hoiuz perpetrāt mala. Attamē pctōr ex eo q̄ centies facit malū ⁊ p̄ patientiam sustentat: ego cognoui. q̄ erit bonū timentib⁹ deū: q̄ verēt faciē ei⁹. Nō sit bonū impio nec p̄longēt dies eius: sz q̄si vmbra transeāt: q̄ non timent faciē dñi. Et ē alia vanitas que fit sup terram. Sūt iusti quib⁹ mala p̄ueniūt q̄si opa egerīt impior. ⁊ sūt impij qui ita securi sunt: quasi iustor facta habeāt. Sz ⁊ hoc vanissimū iudico. Laudaui igit leticiā: q̄ non esset homini bonū sub sole. nisi q̄ comederet ⁊ bibēt atq; gauderet. ⁊ hoc solum secū afferret de labore suo oib⁹ dieb⁹ vite sue quos dedit ei deus sub sole. Et apposui cor meū ut scirem sapientiā: ⁊ intelligerem distensionē que versat in terra. Est homo q̄ dieb⁹ ⁊ noctib⁹ somnū non capit oculis. Et intellexi: q̄ oiuz operū dei nullā possit hō inuenire rationē eor q̄ fiūt sub sole. ⁊ quāto plus laborauerit ad q̄rēdū tanto min⁹ inueniat. Etiā si dixerit sapiens se nosse. non poterit reperire. Omnia hec tractaui in corde meo: ut curiose intelligerem.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Sant iusti atq; sapientes: IX
t opa eoꝝ in manu dei. Et tm nescit
homo vtrū amore an odio dignus
sit: sed omnia in futuꝝ seruant incerta: eo q
vniuersa eque eueniant iusto t impio. bono
t malo. mūdo t imūdo. immolanti victimas t
sacrificia ptemnenti. Sicut bon⁹. sic t pctōr.
ut periur⁹. ita ille q̄ verū timerat. hoc est pessi-
mū inter oia que sub sole fiūt: qa eadē cunctis
eueniūt. Unde t corda filioꝝ hoiuꝫ implēt
malitia t contemptu in vita sua. t post ꝺ ad
inferos deducent. Nemo est qui semp viuat:
t qui huius rei habeat fiduciam. Melior est
canis viu⁹ leone mortuo. Viuentes enī sciūt
se esse morituros: mortui vo nihil nouerunt
amplius: nec habent vltra mercedē: qa obli-
uioni tradita ē memoria eoꝝ. Amor quoq;
t odiū t inuidie simul perierūt: nec hnt partē in
hoc seculo. t in ope q̄ sub sole geritr. Vade
g̃ t comede i letitia panē tuū. t bibe cū gau-
dio vinū tuū: qa deo placēt opa tua. Omni
tpe sint vestimenta tua cādida. t oleū de ca-
pite tuo nō deficiat. Perfruere vita cū vxore
quā diligis. cunctis diebus vite instabilitatis
tue: qui datus ē tibi sub sole oītpe vanitatis
tue. Hec est enī pars i vita: t in labore tuo q̄
laboras sub sole. Quodcūq; facere pōt manus
tua instanter opare: qa nec opus. nec ratio.
nec sapia. nec scia erūt apud inferos: q̄ tu p-
peras. Uerti me ad aliud. t vidi sub sole. nec
velociū ee cursū. nec fortiū bellū. nec sapien-
tiū panē. nec doctoꝝ diuitias. nec artificum
gratiam: s temp⁹ casūq; i oibus. Nescit ho finē
suū: s sicut pisces capiūt hamo. t aues laqo
cōprehēdūt. sic capiūt hoies in tpe malo: cū
eis extēplo supuenerit. Hanc quoq; sub sole
vidi sapiētiā t pbaui maximā. Ciuitas par-
ua. t pauci in ea viri. Uenit ad eā rex magn⁹
t vallauit eā: extruxitq; munitiones p gyrū
t pfecta ē obsidio. Inuētusq; ē i ea vir paup
t sapiēs. t liberauit vrbem p sapiam suam. t
null⁹ deinceps recordat⁹ ē hois illi⁹ paupis
Et dicebā ego meliorē ee sapiam fortitudi-
ne Quō g̃ sapia paupis ptempta est. t verba
eius nō sūt audita? Verba sapiētiū audiūt
in silentio: plusq; clamor principis inter stul-
tos. Melior ē sapiētia q̄ arma bellica: t q̄ m
vno peccauerit. multa bona perdet. X
Use morientes perdūt suauitatē vn-
guenti. Preciosior est sapia paruaq;
glia: ad temp⁹ stultitia. Cor sapiētis
in dextera eius. t cor stulti in sinistra illius.
Sz t in via stult⁹ ambulās: cū ipse insipiēs sit
oēs stultos estimat. Si spūs potātem habentis
ascenderit sup te. locū tuū ne dimiseris: quia
curatio faciet cessare peccata maxima. Est ma-
lum q̄d vidi sub sole: q̄si p errore egrediēs a
facie principis. Positū stultū i dignitate subli-
mi. t diuites sedere deorsū. Vidi hos i eqs
t principes ambulātes sup terrā q̄si seruos. Qui
fodit foueā incidet i eam: t q dissipat sepem
mordebit eū coluber. Qui transfert lapides
afflige in eis. t q̄ scindit ligna vulnerabitur
ab eis. Si retusū fuerit ferrū t hō non ut pri⁹
sed hebetatū fuerit. multo labore exacuet. t
post industriā sequet sapia. Si mordeat ser-
pens in silētio: nihil eo mun⁹ habet q̄ occulte
detrahit. Verba oris sapiētis grā. t labia in-
sipientis precipitabūt eū. Initiū verboꝝ eius
stultitia. t nouissimū oris illius error pessi-
mus. Stult⁹ verba multiplicat. Ignorat hō
q̄d ante se fuerit: t q̄d p⁹ se futurū sit. quis ei
poterit indicare? Labor stultoꝝ affliget eos
qui nesciūt in vrbē pergere. Ue tibi terra cui⁹
rex ē puer. t cuius principes mane comedūt.
Beata terra cui⁹ rex nobilis est. t cuius prin-
cipes vescunt in tpe suo. ad reficiendū t non
ad luxuriam. In pigritijs humiliabit contig-
natio. t in infirmitate manuū pstillabit do-
mus. In risu faciūt panē t vinū: ut epulent
bibentes. Et pecunie obediunt oia. In cogi-
tatione tua regi nō detrabas. t in secreto cu
biculi tui nō maledixeris diuiti. quia t aues
celi portabunt vocē tuā. t q̄ habent pennas
annūciabūt sententiā. XI
Mitte panē tuū sup trāseūtes aq̄s: qa
p⁹ tpa multa inuenies illū. Da partes
septē necnō t octo: qa ignoras quid
futurū sit mali sup terrā. Si replete fuerint nu
bes: hymbrē sup terrā effundēt. Si ceciderit
lignū ad austrū aut ad aq̄lonē: i q̄cūq; loco
ceciderit ibi erit. Qui obseruat ventū nō se-
minat: t qui considerat nubes nūq̄ metet.
Quō ignoras q̄ sit via spūs. t qua rōne cō-
pungant ossa i ventre pregnātis: sic nescis opa
dei qui fabricator ē oiuꝫ. Mane semina se-
men tuū: t vespere ne cesset manus tua: qa nescis
q̄d magis oriat hoc aut illud. t si vtrūq; simul
melius erit. Dulce lumē t delectabile ē oculis
videre solē. Si annis multis vixerit homo t
in his omnibus letet⁹ fuerit: meminisse debet
tenebrosi tpis t dieꝝ multoꝝ: q̄ cū venerint

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

vanitatis arguūt̄ p̄terita. Letare ꝯ iuuenis in adolescētia tua. ⁊ in bono sit cor tuū i diebus iuuētutꝭ tue. ⁊ ambula i vijs cordis tui ⁊ i intuitu oculoꝝ tuoꝝ. ⁊ scito ꝙ p oīb⁹ his adducet te de⁹ in iudiciū. Aufer irā a corde tuo. ⁊ amoue malitiā a carne tua. Adolescētia enī ⁊ woluptas vana sunt. XII

Emēto creatoris tui i dieb⁹ iuuentutis tue: anteꝙ veniat tēp⁹ afflictionis tue. ⁊ appropinquent anni de quib⁹ dicas. non mihi placēt. Anteꝙ tenebrescat sol ⁊ lumen ⁊ stelle ⁊ luna. ⁊ reuertant̄ nubes p⁹ pluuiā. Q̄n cōmouebunt̄ custodes domus. ⁊ nutabunt viri fortissimi: ⁊ ociose erūt molētes i minuto numero. ⁊ tenebrescēt videntes p foramina. ⁊ claudent ostia i platea in humilitate vocis molētis. ⁊ cōsurgēt ad vocem volucris. ⁊ obsurdescent oēs filie carminis. Excelsa q̄ timebūt. ⁊ formidabūt i via. florebit amigdal⁹: ipinguabitur locusta. ⁊ dissipabit̄ capparis. Quoniā ibit hō in domū eternitatis sue: ⁊ circuibunt i platea plāgētes. Anteꝙ rūpatur funicul⁹ argēteus. ⁊ recurrat vitta aurea. ⁊ cōteratᵗ hydria sup̄ fontē. ⁊ ꝓfringat̄ rota sup̄ cisternam. ⁊ reuertatur puluis i terrā suam vnde erat: ⁊ spūs redeat ad deū q̄ dedit illū. Vanitas vanitatū dixit ecclesiastes. ⁊ oīa vanitas. Cūq; eēt sapiētissim⁹ ecclesiastes. docuit populū ⁊ enarrauit q̄ fecerat. ⁊ inuestigās composuit parabolas multas. Quesiuit ꝟba vtilia. ⁊ conscripsit ꝟmones rectissimos: ac ꝟitate plenos. Verba sapiētiū sicut stimuli ⁊ q̄si claui i altū defixi: q̄ p magistrorū consiliū data sūt a pastore vno. His ampli⁹ fili mi ne req̄ras. Faciendi plures libros null⁹ est finis: frequensq; meditatio carnis afflictio est. Finē loquēdi pariter oēs audiamus. Deū time. ⁊ mandata eius obserua. Hoc est omis homo. Cūcta que fiūt adducet de⁹ i iudiciū p oi errato: siue bonū siue malū sit.

Explicit liber ecclesiastes. Incipiūt cantica canticorum. Capl'm I

OSculetur me osculo oris sui. Quia meliora sūt vbera tua vino: fragrantia vnguētis optimis. Oleū effusū nomen tuū: iō adolescētule dilexerūt te. Trahe me post te. Curremus i odore vnguētorū tuorū. Introduxit me rex in cellaria sua. Exultabimus ⁊ letabimur in te: memores vberū tuoꝝ super vinū. Recti diligunt te. Nigra sū ⁊ formosa filie hierusalē. sicut tabernacula cedar. sicut pelles salomonis. Nolite me cōsiderare ꝙ fusca sim. q̄a decolorauit me sol. Filij mris mee pugnauerūt cō me: posuerūt me custodem vineis. Vineā meā nō custodiui. Indica mihi quē diligit aia mea. vbi pascas. vbi cubes i meridie: ne vagari icipiā p⁹ greges sodaliū tuoꝝ. Si ignoras te o pulchra inter mulieres. egredē ⁊ abi p⁹ vestigia gregū tuoꝝ. ⁊ pasce hedos tuos iuxta tabernacula pastoꝝ. Eq̄tatui meo i currib⁹ pharaonis assimilaui te amica mea. Pulchre sunt gene tue sicut turturis: collū tuū sic monilia. Murenulas aureas faciem⁹ tibi: ꝟmiculatas argēto. Dū eēt rex in accubitu suo: nard⁹ mea dedit odorē suū. Fasciculus myrrhe dilect⁹ me⁹ mihi: inter vbera mea cōmorabit̄. Botr⁹ cypri dilect⁹ meus mihi: i vineis engaddi. Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra: oculi tui columbaꝝ. Ecce tu pulcher es dilecte mi. ⁊ decor⁹. Lectulus nr̄ florid⁹: tigna domoꝝ nr̄aꝝ cedrina: laquearia nostra cupressyna. II

Ego flos cāpi. ⁊ liliū cōuallium. Sic̄ liliū inter spinas. sic amica mea inter filias. Sic̄ malus inter ligna siluaꝝ: sic dilect⁹ me⁹ inter filios. Sub vmbra illi⁹ quē desideraueram sedi. ⁊ fructus ei⁹ dulcis gutturi meo. Introduxit me rex i cellā vinariā: ordinauit in me caritatē. Fulcite me floribus. stipate me malis: q̄a amore lāgueo. Leua ei⁹ sb capite meo. ⁊ dextra illi⁹ āplexabit̄ me Adiuro vos filie irlm. per capreas ceruosq; cāpoꝝ: ne suscitetᵗ neq; euigilare faciatᵗ dilectam: q̄adusq; ipsa velit. Vox dilecti mei. Ecce iste venit saliens i montib⁹: transiliēs colles. Similis ē dilect⁹ me⁹ capree hinnuloq; ceruorū. En ipse stat p⁹ parietē nostrū respiciēs p fenestras: pspiciens p cācellos. En dilect⁹ me⁹ loquit̄ mihi. Surge ppera amica mea. colūba mea. formosa mea ⁊ veni. Jam. n. hyems trāsijt: hymber abijt ⁊ recessit. Flores appuerūt i tra nr̄a: tēp⁹ putationis aduenit. Vox turturis audita ē i tra nostra: ficus ptulit grossos suos: vinee florentes dederunt odorē suū. Surge propera

y

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

amica mea·ſpe cioſa mea ⁊ ueni: colũba mea
i foꝛaminib⁹ petre i cauerna macerie. Oſtẽ
de mihi faciẽ tuã: ſonet voꝛ tua in auribus
meis. Voꝛ.n. tua dulcis. ⁊ facies tua decoꝛa
Capite nob vulpes paruulas: q demoliunt
vineas. Nã vinea nꝛa floꝛuit. Dilect⁹ meus
mihi ⁊ ego illi: q paſcit inter lilia: donec aſpi-
ret dies. ⁊ inclinẽt vmbꝛe. Reuertere: ſimi-
lis eſto dilecte mi capꝛee binnuloq; ceruoꝛ
ſup montes bether. III

In lectulo meo p̃ nocte queſiui quem
diligit aia mea. Queſiui illũ. ⁊ nõ in-
ueni. Surgã ⁊ circuibo ciuitatẽ p̃ vi-
cos ⁊ plateas: querã quem diligit aia mea.
Queſiui illũ. ⁊ nõ iueni. Inuenerũt me vi-
giles: qui cuſtodiũt ciuitatẽ. Nũ quẽ dili-
git aia mea vidiſtis? Paululũ cũ ptrãſiſſem
eos: iueni quẽ diligit aia mea. Tenui eum
nec dimittã: donec introducã illũ in domũ
matris mee. ⁊ in cubiculum genitricis mee.
Adiuro vos filie irl'm per capꝛeas ceruoſq;
cãpoꝛ: ne ſuſciteꝛ neq; euigilare faciatis di-
lectã· donec ipſa velit. Que ẽ iſta q̃ aſcendit
p̃ deſertũ· ſicut virgula fumi ex aromatibus
myrꝛhe ⁊ thuris. ⁊ vniuerſi puluer pigmẽ-
tarij? En lectulũ ſalomonis ſexagĩta foꝛtes
ãbiũt ex foꝛtiſſimis iſrl': ẽs tenentes gladi-
os ⁊ ad bella doctiſſimi. Vniuſcuiuſq; enſis
ſup femur ſuum: ꝓpter timoꝛes nocturnos.
Ferculũ fecit ſibi rex ſalomõ de lignis liba-
ni. Colũnas ei⁹ fecit argẽteas· reclinatoꝛiũ
aureũ· aſcenſũ purpureũ: media caritate cõ-
ſtrauit: ꝓpt̃ filias irl'm. Egredimi filie ſyon
⁊ videte regẽ ſalomonẽ in diademate: q̃ co-
ronauit illũ mater ſua· in die deſponſatiõis
illius. ⁊ in die leticie coꝛdis eius. IIII

Quam pulcꝛa es amica mea· q̃ pul
cꝛa es. Oculi tui columbaꝛ: abſq;
eo quod intrinſec⁹ latet. Capilli tui
ſic greges capꝛaꝛ: q̃ aſcẽderũt ò mõte gala-
ad. Dentes tui ſic greges tonſarũ: q̃ aſcen-
derũt de lauacro. Oẽs gemellis fetib⁹. ⁊ ſte-
rilis nõ ẽ intr eas. Sic vitta coccinea labia
tua. ⁊ eloquiũ tuũ dulce. Sic fragmen mali
punici· ita gene tue: abſq; eo q̃ ò itrinſec⁹ la-
tet. Sic turris dauid collũ tuũ: q̃ edifica-
ta ẽ cũ ꝓpugnaculis. Mille clypei pẽdẽt ex
ea: oĩs armatura foꝛtiũ. Duo vbera tua ſic
duo binnuli capꝛee gemelli: q̃ paſcũt in li-
lijs: donec aſpiret dies. ⁊ iclinẽt vmbꝛe. Ua
dã ad mõtẽ myrrhe. ⁊ ad collẽ thuris. Tota
pulcꝛa es amica mea. ⁊ macula nõ eſt in
te. Veni de libano ſpõſa mea: veni de libano
veni. Coꝛonaberis de capite amana· de ꝑtice
ſanir ⁊ hermon: de cubilib⁹ leonũ: de mon-
tib⁹ pardoꝛ. Vulneraſti coꝛ meũ· ſoꝛoꝛ mea
ſponſa: vulneraſti coꝛ meũ in vno oculoꝛum
tuoꝛ. ⁊ in vno crine colli tui. Quã pulcꝛe ſũt
mãme tue ſoꝛoꝛ mea ſponſa. Pulcꝛioꝛa ſũt
vbera tua vino. ⁊ odoꝛ vnguẽtoꝛ tuoꝛũ ſup
oĩa aromata. Fau⁹ diſtillãs labia tua ſpon-
ſa: mel ⁊ lac ſub lingua tua. ⁊ odoꝛ veſtimẽ-
toꝛ tuoꝛ ſicut odoꝛ thuris. Hoꝛtus conclu-
ſus ſoꝛoꝛ mea ſponſa: hoꝛtus cõcluſus· fons
ſignatus. Emiſſiones tue paradiſus maloꝛ pu-
nicoꝛ: cũ pomoꝛũ fructib⁹. Cypꝛi cũ nardo
nard⁹ ⁊ croc⁹· fiſtula ⁊ cinamomũ cũ vni-
uerſis lignis libani: myrrha ⁊ aloe cũ oĩb⁹
pꝛimis vnguẽtis. Fons hoꝛtoꝛ pute⁹ aq̃rũ
viuẽtiũ· que fluũt impetu de libano. Surge
aquilo ⁊ veni auſter: perfla hoꝛtum meũ. ⁊
fluent aromata illius. V

Veniat dilect⁹ meus i hoꝛtum ſuũ: ut
comedat fructũ pomoꝛ ſuoꝛ. Veni
in hoꝛtũ meũ ſoꝛoꝛ mea ſpõſa: meſ-
ſui myrrhã meã cũ aromatib⁹ meis. Come-
di fauũ cũ melle meo. ⁊ bibi vinũ meũ cum
lacte meo. Comedite amici ⁊ bibite. ⁊ ine-
briamini cariſſimi. Ego dormio. ⁊ coꝛ meũ
vigilat. Voꝛ dilecti mei pulſantis. Api mihi
ſoꝛoꝛ mea· amica mea· colũba mea· ĩmacu-
lata mea: q̃a caput meũ plenũ ẽ roꝛe. ⁊ cin-
cinni mei guttis noctiũ. Expoliaui me tunica
mea· quõ iduar illa? Laui pedes meos· quõ
inq̃nabo illos? Dilect⁹ me⁹ miſit manũ ſuã
p̃ foꝛamẽ. ⁊ venit me⁹ intremuit ad tactũ ei⁹.
Surrexi ut aperirẽ dilecto meo. Manꝰ mee
ſtillauerũt myrrhã. ⁊ digiti mei pleni myr-
rha ꝓbatiſſima. Deſſulũ oſtij mei aperui di-
lecto meo: at ille declinauerat atq; trãſierat
Ania mea liquefacta ẽ: ut dilect⁹ locutus eſt
Queſiui ⁊ nõ iueni illũ: vocaui ⁊ non rũdit
mihi. Inuenerũt me cuſtodes q̃ circueunt
ciuitatẽ. Pcuſſerũt me ⁊ vulnerauerũt me:
tulerũt palliũ meũ cuſtodes muroꝛ. Adiu-
ro vos filie hieruſalem· ſi iueneritis dilectũ
meũ ut ãnũcietis ei q̃a amoꝛe lãgueo. Qualis
eſt dilect⁹ tu⁹ ex dilecto· o pulcꝛerrima mu-
lierũ? Qualis ẽ dilect⁹ tu⁹ ex dilecto: quia
ſic adiuraſti nos? Dilect⁹ me⁹ candid⁹ ⁊ ru-
bicũdus: electus ex milib⁹. Caput ei⁹ aurũ
optimũ: come ei⁹ ſicut elate palmaꝛ: nigre

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

q̃si coru⁹. Oculi ei⁹ sicut colũbe sup riuulos aquaꝝ q̃ lacte sũt lote. ⁊ residẽt iuxta fluẽta plenissima. Gene illi⁹ sicut areole aromatũ: ꝓsite a pigmẽtarijs. Labia ei⁹ lilia distillantia myrrbã ꝑmã. Man⁹ illi⁹ tornatiles: aurea plene byacintbis. Uenr ei⁹ eburneus: distinct⁹ sapphyr. Crura illi⁹ colũne marmoree q̃ fũdate sũt sup bases aureas. Spẽs ei⁹ ut libani: electus ut cedri. Guttur illi⁹ suauissimũ. ⁊ tot⁹ desiderabil⁹. Talr ẽ dilect⁹ me⁹ ⁊ ipse ẽ amic⁹ me⁹ filie irlm. Quo abijt dilectus tu⁹ o pulcherrima mulierꝝ q̃ declinauit dilect⁹ tuus? Et querem⁹ eum tecũ. VI

Dilectus meus descẽdit in hortũ suũ ad areolã aromatũ: ut ibi pascatur in hortis. ⁊ lilia colligat. Ego dilecto meo. ⁊ dilect⁹ meus mibi: q̃ pascit inr lilia. Pulchra es amica mea suauis ⁊ decora sicr irlm: terribilis ut castrorũ acies ordinata. Auerte oculos tuos a me: qa ipsi me auolare fecerũt. Capilli tui sicut gre� caprarꝝ: q̃ apparuerũt de galaad. Dentes tui sicut greges ouiũ: que ascẽderũt de lauacro. Oẽs gemellis fetib⁹: ⁊ sterilis nõ ẽ i eis. Sicr cortex mali punici sic gene tue: absq; occultis tuis Sexaginta sũt regine. ⁊ octoginta ꝯcubine ⁊ adolescẽtularꝝ nõ ẽ numer⁹. Una ẽ colũba mea ꝑfecta mea: vna ẽ matri sue: electa genitrici sue. Uiderũt eam filie syon ⁊ beatissimã ꝑdicauerũt: regine ⁊ ꝯcubine. ⁊ laudauerũt eã. Que ẽ ista q̃ ꝓgredit q̃si aurora cõsurgẽs: pulchra ut luna. electa ut sol. terribilis ut castroꝝ acies ordinata? Descẽdi i hortũ nucũ ut viderẽ poma cõualliũ. ⁊ ispicerẽ si floruisset vinea. ⁊ germinassent mala punica. Nescivi. Anima mea ꝯturbauit me: ꝓpter q̃drigas aminadab. Reuertẽ reuertẽ sunamit⁹: reuertẽ reuertẽ ut intueamur te. VII

Quid videbis i sunamite: nisi choros castroꝝ? Q̃ pulchri sũt gressus tui i calciamẽtis: filia ꝓncipis. Juncture feminũ tuoꝝ sicut monilia: que fabricata sũt manu artificis. Umbilic⁹ tu⁹ crater tornatilis: nunq̃ indigens poculis. Uẽter tu⁹ sicut aceru⁹ tritici: vallat⁹ liliis. Duo vbera tua sicut duo binnuli gemelli capree. Collũ tuũ sicr turris eburnea: oculi tui sicut piscine i esebon: q̃ sũt i porta filie multitudinis. Nasus tu⁹ sicut turris libani: que respicit ꝺ damascũ. Caput tuũ ut carmel⁹. ⁊ come capitis tui sicr purpura regis iuncta canalib⁹ Q̃ pulchra es. ⁊ q̃ decora carissima in deliciis. Statura tua assimilata ẽ palme. ⁊ vbera tua botris. Dixi. Ascẽdã i palmã. ⁊ apprehendã fructꝰ ei⁹. Et erunt vbera tua sicut botri vinee. ⁊ odor oris tui sicut odor malorꝝ: guttur tuũ sicut vinũ optimũ. Dignũ dilecto meo ad potãdũ: labijsq; ⁊ dentib⁹ illius ad ruminãdũ. Ego dilecto meo. ⁊ ad me cõuersio eius. Ueni dilecte mi egrediamur in agrũ: cõmoremur i villis. Mane surgam⁹ ad vineas: videam⁹ si floruit vinea. si flores fructꝰ parturiũt: si floruerũt mala punica. Ibi dabo tibi vbera mea. Mandragore dederũt odorẽ i portis nostris. Oia poma nova ⁊ vetera dilecte mi seruaui tibi. VIII

Quis mihi det te fratrẽ meũ suggẽtẽ vbera mris mee. ut iueniã te solũ foris. ⁊ deosculer. ⁊ iã me nemo despiciat? Apprehẽdã te ⁊ ducã i domũ mris mee: ⁊ i cubiculũ genitricis mee. Ibi me docebis. ⁊ dabo tibi poculũ ex vino condito. ⁊ mustum malorꝝ granatorꝝ meorꝝ. Leua ei⁹ sub capite meo. ⁊ dextra illi⁹ amplexabit me. Adiuro vos filie irlm: ne suscitetis neq; euigilare faciatis dilectã. donec ipsa velit. Que ẽ ista q̃ ascẽdit de deserto. deliciis affluẽs. inixa sup dilectũ suũ? Sub arbore malo suscitaui te. Ibi corrupta est mat⁹ tua: ibi violata ẽ genitrix tua. Pone me ut sigillũ sup cor tuũ: ut signaculũ sup brachiũ tuũ: qa fort⁹ ẽ ut mors dilectio. dura sicut infer⁹ emulatio. Lãpades ei⁹ ut lampades ignis atq; flamarꝝ. Aque multe nõ potuerũt extinguere caritatẽ: nec fluia obruẽt illã. Si dederit hõ oẽm substantiam domus sue ꝓ dilectione: quasi nibil despiciet eã. Soror nostra parua. ⁊ vbera nõ habet. Quid faciem⁹ sorori nre: in die q̃ alloquenda est? Si murus est: edificem⁹ sup eũ propugnacula argẽtea. Si ostiũ ẽ: cõpingam⁹ illud tabulis cedrinis. Ego murus. ⁊ vbera mea sicut turris: ex q̃ facta sũ coram eo quasi pacẽ repiens. Uinea fuit pacifico: i ea q̃ bis pr̃os. Tradidit eã custodib⁹: vir affert pro fructu ei⁹ mille argẽteos. Uinea mea coram me ẽ. Mille tui pacifici. ⁊ ducenti bis q̃ custodiũt fructꝰ ei⁹. Que habitas i hortis. amici auscultãt: fac me audire vocem tuã. Fuge dilecte mi. ⁊ assimilare capree binuloq; cernorũ sup montes aromatũ.

Expliciũt Cantica canticorũ.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Sapientia

Incipit prologus in librū Sapientie.

LIber Sapie apud hebreos nusq; est. Unde ipse stil⁹ grecā magis eloquentiam redolet. Hūc iudei Philonis eē affirmāt. Qui proinde sapiētie nominat·qui cū xpi aduentus qui est sapiētia patris. ꝛ passio eius euidēter exprimitur.

Incipit liber Sapiētie. Capt̄m

DIligite iusticiam: qui iudicatis terram. Sentite de dño in bonitate ꝛ i simplicitate cordis querite illū: quoniam inuenitur ab his q̄ nō tēptant illū: apparet aūt eis qui fidē habēt in illū. Peruerse.n. cogitationes sepant a deo: ꝓbata aūt virtus corripit insipientes. Quoniā i maliuolā aiam nō introibit sapiētia: nec habitabit i corpe subdito peccatis. Spūs.n. scūs discipline effugiet fictū. ꝛ auferet se a cogitatiōibus que sūt sine intellectu. ꝛ corripietur a supueniēte iniq̄tate. Benign⁹ ē.n. spūs sapie ꝛ nō liberabit maledictū a labijs suis: qm̄ renū illius testis ē deus. ꝛ cordis illi⁹ scrutator est verus. ꝛ lingue ei⁹ auditor. Quoniā spūs dñi repleuit orbē terrarū. ꝛ h̄ qđ cōtinet oia sciam habet qđ. Propt̄ h̄ q̄ loquit̄ iniq̄ non pōt latē: nec pteriet illū corripiēs iudiciū. In cogitationib⁹.n. impij inrogatio erit: sermonū aūt illi⁹ auditio ad deū veniet: ad correptionē iniq̄tatū illi⁹. Quoniā auris celi audit oia. ꝛ tumult⁹ murmurationū nō abscōdet. Custodite g̃ vos a murmuratiōe q̄ nihil ꝓdest. ꝛ a detractiōe parcite lingue. Qm̄ ꝑmo obscurus in vacuū nō ibit: os aūt qđ mentit occidit aiam. Nolite ꝯelare mortē i errore vite vr̄e: neq; acquiratis ꝓditionē in opib⁹ manuū vr̄aꝝ. Qm̄ deus mortem nō fecit: nec letat̄ in ꝓditione viuoꝝ. Creauit.n. ut essent oia ꝛ sanabiles fecit nationes orbis terraꝝ. ꝛ nō ē i illis medicamētū exterminij nec inferoꝝ regnū in terra. Justicia.n. ꝑpetua est ꝛ imortalis: iniusticia aūt mortis acquisitio. Impij aūt manib⁹ ꝛ verbis accersierūt illā. ꝛ estimātes illā amicā· defluxerūt. ꝛ spōsiones posuerūt ad illā: quoniam morte digni sunt qui sūt ex parte illius. II

DIxerunt.n. impij: cogitantes apud se nō recte. Exiguū ꝛ cum tedio est tempus vite nostre. ꝛ nō est refrigeriū in fine hois: ꝛ nō ē q̄ agnit⁹ sit reuersus ab inferis. Quia ex nihilo nati sum⁹. ꝛ post hoc erim⁹ tanq̄ non fuerim⁹. Quoniā fum⁹ afflat⁹ est in naribꝰ nr̄is. ꝛ sermo scintille ad cōmouēdū cor nr̄m. Quia extinct⁹ cinis erit corp⁹ nr̄m. ꝛ spūs diffūdet̄ tāq̄ mollis aer. Et transibit vita nr̄a tanq̄ vestigiū nubis. ꝛ sicut nebula dissoluet̄·q̄ effugata ē a radijs solis. ꝛ a calore illi⁹ aggrauata. Et nomen nr̄m obliuionē accipiet ꝑ tēp⁹. ꝛ nemo memoriā habebit operū nostrorū. Umbre.n. transit⁹ ē tēp⁹ nostrū. ꝛ non ē reuersio finis nostri·qm̄ cōsignata est. ꝛ nemo reuertitur. Uenite g̃ ꝛ fruamur bonis q̄ sūt. ꝛ vtamur creatura tanq̄ in iuuentute celeriter. Uino ꝑcioso ꝛ vnguentis nos impleam⁹. ꝛ nō ꝑtereat nos flos tpis. Coronem⁹ nos rosis añq̄ marcescāt·nullū pratū sit qđ nō ptrāseat luxuria nr̄a. Nemo urm̄ exors sit luxurie nr̄e. Ubiq; relinq̄m⁹ signa leticie: qm̄ h̄ est ps nr̄a ꝛ hec ē sors nr̄a. Oꝑimam⁹ pauperem iustū. ꝛ nō parcam⁹ vidue nec veterano·nec reuereamur canos multi tpis. Sit aūt fortitudo nostra·lex iusticie. Quod.n. infirmū ē·inutile inuenit̄. Circūueniam⁹ g̃ iustū: qm̄ inutilis ē nobis. ꝛ ꝓtrius ē opib⁹ nr̄is: ꝛ inproperat nobis peccata legis. ꝛ diffamat in nos pctā disciplīne nr̄e. Promittit se scientiā dei hr̄e. ꝛ filiū dei se noiat. Factus est nob̄ in traductionē cogitationū nr̄aꝝ. Grauis ē nob̄ etiā ad videdū: qm̄ dissimilis ē alijs vita illi⁹. ꝛ imutate sūt vie ei⁹. Tanq̄ nugaces estimati sum⁹ ab illo. ꝛ abstinet se a vijs nostris tanq̄ ab imūditijs: ꝛ ꝓfert nouissima iustorū. ꝛ gloriatur patrē se hr̄e deū. Videamus g̃ si sermones illi⁹ veri sint: ꝛ temptem⁹ que ventura sūt illi. ꝛ sciem⁹ q̄ erunt nouissima illi⁹. Si.n. est verus fili⁹ dei·suscipiet illū. ꝛ liberabit illum de manib⁹ ꝓrioꝝ. Contumelia ꝛ tormēto interrogem⁹ eū: ut sciam⁹ reuerētiā eius. ꝛ ꝑcem⁹ patientiā illi⁹. Morte turpissima ꝺēnem⁹ eū. Erit.n. ei respect⁹ ex sermonib⁹ illi⁹. Hec cogitauerunt ꝛ errauerūt: excecauit.n. illos malitia eoꝝ. Et nescierūt sacramenta dei: neq; mercedē spauerūt iusticie·nec iudicauerunt bonore aiarū sanctarū. Qm̄ deus creauit hoiem

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ieterminabilē. ⁊ ad imaginē similitudinis sue fecit illū. Jnuidia aūt diaboli mors introiuit in orbē terrarū: imitantur aūt illum qui sunt ex parte illius. III

Justoꝝ autē aie in manu dei sūt. ⁊ non tanget illos tormentū mortis. Visi sūt oculis insipientiū mori. ⁊ estimata est afflictio exitus illorum. Et ab itinere iusto abierunt in exterminiū. ⁊ qꝫ a nobis est iter exterminij: illi aūt sunt in pace. Et si coram hoīb⁹ tormēta passi sūt: spes illoꝝ imortalitate plena est. Jn paucis vexati in multis bene disponent: qm̄ de⁹ temptauit eos. ⁊ inuenit illos dignos se. Tanq̄ aurū in fornace pbauit illos. ⁊ q̄si holocausti hostiā accepit illos. ⁊ i tpe erit respect⁹ illoꝝ. Fulgebūt iusti. ⁊ tanq̄ scintille in arūdineto discurrent. Judicabūt nationes. ⁊ dñabūt pplis. ⁊ regnabit dñs illoꝝ i pp̄etuū. Qui cōfidūt i illo intelligēt veritatē. ⁊ fideles i dilectione acq̄escēt illi: qm̄ donū ⁊ pax ē electis eius. Jmpij autem ꝑm que cogitauerūt correptionē habebūt: qui neglexerūt iustū. ⁊ a dño recesserūt. Sapientiā. n. ⁊ disciplinā qui abijcit infelix ē. ⁊ vacua ē spes illoꝝ. ⁊ labores sine fructu. ⁊ inutilia opa coꝝ. Mulieres coꝝ insensate sūt: ⁊ nequissimi filij illoꝝ. Maledicta creatura coꝝ. qm̄ felix ē sterilis ⁊ incoinq̄nata: q̄ nescivit thoꝝ in delicto. Habebit fructū i respectione aiaꝝ scārū. Et spado q̄ nō operatus est p manus suas iniquitatē: nec cogitauit aduersus deū neq̄ssima. Dabit. n. illi fidei donū electū. ⁊ sors in templo dei acceptissima. Bonoꝝ. n. laborū gloriosus ē fruct⁹. ⁊ que non cōcidat radix sapie. Filij aūt adulteroꝝ i cōsūmatiōe erūt. ⁊ ab iniquo thoro semē exterminabit. Et si q̄dē lōge vite erūt: in nichilū cōputabūt. ⁊ sine honore erit novissima senectus illoꝝ. Et si celeri⁹ defuncti fuerit. nō habebūt spem. nec i die agnitionis allocutionē. Nationes. n. inique dire sunt consūmationis. IIII

O̅ pulchra ē casta generatio cū claritate. Jmmortalis est. n. memoria illi⁹: qm̄ ⁊ apud deū nota ē ⁊ apud homines. Cū pns ē imitantur illā. ⁊ desiderant eā cū seeduxerit. ⁊ in pp̄etuū coronata triūphat. incoinq̄natoꝝ certaminū ꝑmiū vincens. Multigena autē impioꝝ multitudo nō erit utilis. ⁊ spuria vitulamina nō dabūt radices altas: nec stabile firmamētū collocabūt. Et si i ramis i tpe germinauerint. infirmiter posita a vento cōmouebūt. ⁊ a nimietate ventoꝝ eradicabūt. Cōfringēt. n. rami incōsūmati. ⁊ fructus illoꝝ inutiles ⁊ acerbi ad māducādū. ⁊ ad nichilū apti. Ex iniquis n. oēs filij q̄ nascūt testes sūt neq̄tie aduersus parētes i interrogatiōe sua. Just⁹ autē si morte ꝓoccupat⁹ fuerit: in refrigerio erit. Senectus. n. venerabilis ē: non diuturna. neq̄ ānoꝝ numero cōputata. Cani aūt sūt sensus hois. ⁊ etas senectutis vita imaculata. Placēs deo factus dilect⁹. ⁊ viuēs inter peccatores trāslat⁹ ē. Rapt⁹ ē ne malitia mutaret intellectū ei⁹. aut ne fictio decipet aiam illi⁹. Fascinatio. n. nugacitatis obscurat bona ⁊ inconstātia concupiscētie trāsuertit sensū sine malitia. Cōsūmat⁹ i breui expleuit tpa multa. Placita. n. erat deo aia illi⁹: ꝓpter hoc pp̄erauit educē illū de medio iniq̄tatū. Populi aūt videntes ⁊ nō intelligētes. nec ponētes i ꝓcordijs talia: qm̄ gra dei ⁊ misericordia ē in sanctos ei⁹. ⁊ respectus sup electos illi⁹. Cōdēnat aūt iust⁹ mortuus vivos impios ⁊ iuuētus celeri⁹ cōsūmata longā vitam iniusti. Videbūt. n. finē sapiētis. ⁊ nō intelligent q̄d cogitauerit de illo de⁹. ⁊ q̄re minuerit illū dñs. Videbūt. n. ⁊ cōtēnent eū: illos aūt de⁹ irridebit. Et erūt p⁹ hoc decidētes sine honore. ⁊ in cōtumelia inter mortuos i pp̄etuū. Qm̄ disrumpet illos iflatos sine voce. ⁊ cōmouebit illos a fundamēto. ⁊ vsq̄ ad supremū desolabūt. Et erūt gemētes. ⁊ memoria illoꝝ periet. Veniēt in cogitatiōe peccatorum suorum timidi. ⁊ traducēt illos ex aduerso iniquitates ipsorum. V

Tunc stabūt iusti in magna ꝓstātia aduersus eos q̄ se angustiauerūt. ⁊ qui abstulerūt labores coꝝ. Videntes turbabūt timore horribili. ⁊ mirabūtur in subitatione insperate salutis gemētes ꝓ angustia spūs: dicētes intra se pniam agētes ⁊ pre angustia spūs gemētes. Hi sunt quos habuim⁹ aliq̄n in risū ⁊ i similitudinē improperij: nos insensati vitā illoꝝ estimabam⁹ insaniā. ⁊ finē illorū sine honore. Ecce quō cōputati sūt inter filios dei. ⁊ inter scōs sors illorū est. Ergo errauim⁹ a via veritatis. ⁊ iustitie lumē nō luxit nobis: ⁊ sol intelligētie nō ē ortus nobis. Lassati sum⁹ in via iniq̄tatis ⁊ ꝓditiōis. ⁊ ambulauim⁹ vias difficiles: viam aūt dñi ignorauim⁹. Quid nobis

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ꝑfuit ſupbia? aut diuitiaꝝ iactantia ꝙd cō/
tulit nobis? Trāſierūt oia illa tāq̄ vmbra
ꝛ tanq̄ nunci⁹ p̄currēs. Et tanq̄ nauis q̄
ptrāſit fluctuantē aquā cui⁹ cū p̄terierit nō
eſt veſtigiū iuenire·neq; ſemitā carine illius
in fluctib⁹: aut auis q̄ trāſuolat i aere· cui⁹
nullū iuenit argumētū itineris illi⁹: ſed tm̄
ſonit⁹ alarū verberās leue ventū. ꝛ ſcindens
p vim itineris aerē·cōmot⁹ alis trāſuolauit
ꝛ p⁹ ꝫ nullū ſignū iuenit itineris illius: aut
tanq̄ ſagitta emiſſa i locū veſtinatū· diuiſ⁹
aer cōtinuo i ſe recluſus eſt ut ignoret tran/
ſitus illius: ſic ꝛ nos nati cōtinuo veſiuim⁹
eſſe. ꝛ virtutis quidē nullū ſignū valuimus
oſtendere: i malignitate aūt nr̄a cōſūpti ſum⁹.
Talia dixerūt i inferno bi q̄ peccauerūt·qm̄
ſpes impij tāq̄ lanugo ē que a vento tollit
ꝛ tāq̄ ſpuma gracilis que a procella diſpgit
ꝛ tanq̄ fum⁹ q̄ a vēto diffuſus ē: ꝛ tāq̄ me/
moria hoſpitis vni⁹ diei p̄tereūt⁊. Juſti autē
i ꝑpetuū viuēt: ꝛ apud dm̄ ē merces eoꝝ. ꝛ
cogitatio illoꝝ apud altiſſimū. Ideo acci/
piēt regnū decoris ꝛ diadema ſpeciei de ma
nu dm̄i ei ſui: qm̄ dextera ſua teget eos: ꝛ in
brachio ſcō ſuo defendet illos. Et accipiet
armaturā çel⁹ illi⁹: ꝛ armabit creaturā ad
vltionē inimicoꝝ. Induet ꝙ toracē iuſticiā: ꝛ
accipiet ꝙ galea iudiciū certū. Sumet ſcutū
inexpugnabile eq̄tatē: acuet aūt dirā irā i lā/
ceā: ꝛ pugnabit cū illo orbis t̄raꝝ ꝓ inſenſa/
tos. Ibūt directe emiſſiones fulguꝝ: ꝛ tāq̄ a
bn̄ curuato arcu nubiū exēminabūt: ꝛ ad
certū locū inſilient. Et a petroſa ira plene mit/
tēt grādines. ꝛ ſcādeſcet i illos aq̄ maris. ꝛ
fluuia ꝓcurrēt dure. Cōtra illos ſtabit ſpūs
virtut⁊. ꝛ tanq̄ turbo vēti diuidet illos. ꝛ ad
heremū ꝓducet oēm terrā iniq̄tatis illoꝝ:
ꝛ malignitas euertet ſedes potētiū. Melior
eſt ſapientia q̄ vires: ꝛ vir prudēs q̄ fortis.

VI

Audite ergo reges ꝛ intelligi/
te: diſcite iudices finiū terre. Prebe/
te aures vos q̄ cōtinetis multitudi/
nes ꝛ placet⁊ vobis i turbis nationū: qm̄ da/
ta ē a dño ptās vobis. ꝛ virt⁹ ab altiſſimo:
qui iterrogabit opa vr̄a. ꝛ cogitatiōes ſcru/
tabit: quoniā cū eſſetis miniſtri regni illi⁹.
non recte iudicaſtis nec cuſtodiſtis legē iu/
ſticie: neq; ſm̄ voluntatem dei ambulaſtis.
Horrende ꝛ cito apparebit vobis: quoniam
iudiciū duriſſimum in bis qui preſūt·fiet.
Exiguo.n. ꝓcedit miſericordia·potētes aūt
potenter torm̄ēta patientur. Non.n. ſubtrahet
ꝑſonā cuiuſ q̄ de⁹· nec verebit magnitudinē
cuiuſ q̄: qm̄ puſillum ꝛ magnū ipſe fecit: ꝛ
eq̄liter eſt illi cura de oib⁹. Fortioribus aūt for/
tior inſtat cruciatio. Ad vos g̃ reges ſūt bi
ſermones mei: ut diſcatis ſapiam ꝛ ne exci/
datis. Qui.n. cuſtodierint iuſticiā: iuſte iu/
dicabunt: ꝛ q̄ didicerint iuſta·inuenīet quid
rn̄deāt. Cōcupiſcite g̃ ſermones meos ꝛ di/
ligite illos: ꝛ habebit⁊ diſciplinā. Clara ē ꝛ q̄
nūq̄ marceſcit ſapia: ꝛ facile videt ab bis q̄
diligūt eā: ꝛ inuenit ab bis q̄ q̄rūt illā. Pre/
occupat q̄ ſe cōcupiſcūt·ut illis ſe ꝓbet oñdat.
Qui d luce vigilauerit ad illā nō laborabit:
aſſidētē.n. illā foribus ſuis inueniet. Cogitare
g̃ de illa ſenſ⁹ē ꝓſūmat⁹. ꝛ q̄ vigilauerit ꝓpt̄
illā·cito erit ſecurus. Qm̄ dignos ſe circuit
ipſa querēs: ꝛ in vijs ſuis oſtendet ſe illis bila/
riter: ꝛ i oi ꝓuidētia occurret illis. Initiū.n.
illi⁹· veriſſima ē diſcipline ꝓcupiſcētia. Cu/
ra ergo diſcipline dilectio eſt: ꝛ dilectio cu/
ſtodia legū illi⁹ē. Cuſtoditio aūt legū con/
ſūmatio incorruptiōis ē: incorruptio aūt facit
eſſe ꝓximū deo. Cōcupiſcētia itaq; ſapie de/
ducet ad regnū ꝑpetuū. Si g̃ delectami ſe/
dib⁹ ꝛ ſceptris o reges ꝑpl̄i: diligite ſapiam
ut in ꝑpetuū regnetis. Diligite lumē ſapie
oēs q̄ p̄eſtis populis. Quid ē aūt ſapiētia ꝛ
quēadmodū facta ſit· referā: ꝛ nō abſcōdā
a vobis ſacramēta dei: ſ ab initio natiuita/
tis iueſtigabo: ꝛ ponā i lucē ſciam illi⁹. ꝛ nō
p̄teribo ꝛitatē: neq; cū iuidia tabeſcente iter
habebo: qm̄ talis bō nō erit particeps ſapie.
Multitudo autē ſapiētiū·ſanitas eſt orbis
t̄raꝝ. ꝛ rex ſapiēs· ꝑpl̄i ſtabilimētū ē. Ergo
accipite diſciplinā ꝙ ſermones meos: ꝛ pro/
derit vobis.

VII

Qm̄ q̄dē ꝛ ego mortalis bō ſimilis
oib⁹: ꝛ ex genere terreno illi⁹ q̄ p̄/
factus eſt: ꝛ i ventre matris figura/
tus ſū caro: decē menſiū tpe coagulat⁹ ſum
in ſanguine·ex ſemine bois: ꝛ delectamento
ſomni cōueniente. Et ego nat⁹ accepi cōm
aerē: ꝛ in ſimiliter factā decidi terrā: ꝛ primā
vocē ſimilem oib⁹ emiſi plorās. In iuolumēt⁊
nutritus ſum. ꝛ magnis curis. Nemo.n. ex
regib⁹ aliud habuit natiuitat⁊ initiū. Un⁹
ergo introitus ē oib⁹ ad vitā. ꝛ ſimilis exitus.
Propt̄ ꝙ optaui ꝛ datus ē mihi ſenſus. ꝛ in/
uocaui: ꝛ venit in me ſpūs ſapie. Et ꝓpoſui
illā regnis ꝛ ſedib⁹: ꝛ diuitias nihil eē dixi

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

in compatiõe illi⁹. Hec cõparaui illi lapidem ꝑciosũ: qm̃ oẽ aurũ i cõpatiõe illi⁹ arena est exigua. ⁊ tanq̃ lutũ estimabit argentũ i cõspectu illi⁹. Sup salutẽ ⁊ speciẽ dilexi illam: ⁊ ꝓposui ꝑ luce habẽ eã: qm̃ inextinguibile est lumẽ illius. Venerũt aũt mihi oia bona pariẽ cum illa. ⁊ innumerabilis honestas p manꝰ illi⁹. ⁊ letat⁹ sũ in oib⁹: qm̃ añcedebat me ista sapia ⁊ igrabã qm̃ bonoꝝ oiuz mat est. Quam sine ficticne didici. ⁊ sine inuidia coico. ⁊ honestatẽ illi⁹ nõ abscõdo. Infinit⁹ n. thesaur⁹ est hoib⁹: quo qui vsi sunt· participes facti sũt amicitie dei: ꝓpter discipline bona cõmẽdati. Mihi aũt dedit dꝰ dicere ex sentẽtia ⁊ ꝑsumẽ digna boꝝ q̃ mihi dant qm̃ ipse sapiẽ duxit est. ⁊ sapiẽtiũ emendator. In manu. n. illi⁹ ⁊ nos ⁊ sermões nr̃i. ⁊ ois sapia. ⁊ operũ scie disciplina. Ipse. n. dedit mihi horũ que sunt sciam veram: ut sciam dispositionẽ orbis terrarꝝ. ⁊ ꝓtutes elemẽtorũ ũtiũ ⁊ ꝓsũmationẽ ⁊ medietatẽ temporꝝ· vicissitudinũ ꝓmutatiões. ⁊ ꝓsũmatiões tẽporũ. ⁊ mox mutationes· diuisiões tẽporꝝ· ãni cursus. ⁊ stellarꝝ dispositiões: naturas aialiũ. ⁊ iras bestiarꝝ: vim vẽtoꝝ. ⁊ cogitatiões hoiuz· differẽtias ꝓgultoꝝ. ⁊ ꝓtutes radicũ ⁊ q̃cũq̃ sũt abscõsa ⁊ iprouisa didici. Omniuz n. artifex docuit me sapia. Est. n. i illa spũs intelligentie scũs. vnic⁹· multiplex· subtilis· disertus· mobilis· incoinq̃nat⁹· cert⁹· suauis amãs bonũ· acutus· q̃ nihil vetat bñfacere. human⁹· benign⁹· stabilis· certus· securus· oẽm bñs ꝓtutẽ· oia ꝓspiciẽs: ⁊ q̃ capiat ois spũs intelligibiles: mũdus· subtilis. Oib⁹. n mobilib⁹ mobilior est sapia. Attingit autẽ vbiq̃ ꝓpter suã mũdiciã. Vapor est. n. virtutis dei. ⁊ emanatio q̃dã ẽ claritatis oipotẽtis dei sincera. ⁊ iõ nihil inquinatũ in eam incurrit. Candor ẽ. n. lucis eterne ⁊ speculũ sine macula dei maiestatis. ⁊ imago bonitatis illi⁹. Et cũ sit vna· oia põt. ⁊ in se ꝑmanens· oia innouat. ⁊ p nationes i alias scas se transfert. Amicos dei ⁊ ꝓphetas cõstituit. Neminẽ. n. diligit dꝰ: nisi eũ q̃ cũ sapia inhabitat. Est n. hec speciosior sole. ⁊ sup oẽm dispositionẽ stellarꝝ· luci cõparata inuenitur prior. Illi eni succedit nox: sapiam aũt nõ vincit malitia. Attingit ergo a fine vsq̃ ad finẽ fortiter. ⁊ disponit oia suauiter.

VIII

Taceant ad me insule. & gentes mutent fortitudinē. Accedant & tūc loquant: simul ad iudiciū ꝓpinquem⁹. Quis suscitauit ab oriēte iustū: vocauit eū ut seq̄ret se? Dabit in cōspectu eius gentes. & reges obtinebit. Dabit q̄si puluerē gladio eius: sicut stipulā vento raptā arcui eius. Persequet eos: trāsibit in pace: semita in pedibus eius non apparebit. Quis hec opat⁹ ē & fecit: vocans generationes ab exordio? Ego dñs: primꝰ & nouissimꝰ ego sū. Viderūt insule & timuerūt. extrema tre obstupuerūt: appropinquerūt & accesserūt. Unusq;sq; ꝓximo suo auxiliabit: & fratri suo dicet. cōfortare. Confortauit faber erarius ꝓcutiens malleo eū qui cudebat tūc tpis: dicēs glutino bonū ē. & confortauit eū clauis ut nō moueret. Et tu isrl ꝑue meꝰ: iacob quē elegi: semē abrahā amici mei. in q̄ apprehēdi te. ab extremis tre & a longinq; eius vocaui te. & dixi tibi. Seruꝰ meus es tu: elegi te & non abieci te. Ne timeas q̄a ego tecū sū: ne declines q̄a ego deus tuꝰ. Cōfortaui te & auxiliatus sum tibi. & suscepit te dextera iusti mei. Ecce cōfundent & erubescēt oēs qui pugnāt aduersū te. Erunt q̄si non sint. & peribūt viri qui ꝓdicūt tibi. Queres eos. & nō inuenies viros rebelles tuos. Erunt quasi nō sint. & velut cōsūptio bois bellātis aduersum te: q̄a ego dñs deꝰ tuꝰ apprehendēs manū tuā dicensq; tibi. Ne timeas: ego adiuui te. Noli timē vermis iacob: qui mortui estis ex isrl. Ego auxiliatus sū tui dicit dñs. & redēptor tuus scūs isrl. Ego posui te q̄si plaustrū triturans nouū: habēs rostra serrantia. Triturabis mōtes & cōminues. & colles q̄si pulueres ponet. Ventilabis eos & ventus tollet. & turbo dispget eos. & tu exultabis in dño: in scō isrl letaberis. Egeni & pauperes q̄rūt aq̄s & nō sūt: lingua eorū siti aruit. Ego dñs exaudiā eos: deꝰ isrl: nō derelinquā eos. Apiā in supinis collibꝰ flumina. & in medio cāporū fontes. Ponā desertū in stagna aquaꝝ. & terrā inuiā in riuos aq̄rū. Dabo in solitudine cedrū & spinā & myrtū & lignū oliue. Ponā in deserto abietem vlmū & buxū simul: ut videant & sciant & recogitēt & intelligant pariter: quia manus dñi fecit hꝝ. & sanctus israhel creauit illud. Propē facite iudicium vīm dicit dñs: afferte si qd forte habetis dixit rex iacob. Accedāt: & nūciēt vobis quecūq; ventura sunt. Priora que fuerunt nūciate. & ponemus cor nostrū & sciemus: nouissima eorum & que ventura sūt indicate nob. Annūciate q̄ ventura sunt in futurū. & sciemus qa dij estis vos. Bñ quoq; aut male si potestis facite. & loq̄mur & videamus simul. Ecce vos estis ex nihilo: & opꝰ vīm ex eo qđ nō ē. Abhominatio ē q̄ elegit vos. Suscitaui ab aq̄lone. & veniet ab ortu solis. Vocauit nomen meū. & adducet mḡratꝰ q̄si lutū. & velut plastes ꝓculcās humū. Quis ānūciauit ab exordio ut sciamus. & a ꝓncipio ut dicamus. iustus es? Non est annuncians neq; ꝓdicēs: neq; audiēs sermōes vros. Primꝰ ad syon dicet. ecce adsū. & trim euangelistā dabo. Et vidi: & non erat ex istis quisq; qui iniret cōsiliū. & interrogatꝰ rñderet ꝙbū. Ecce oēs iniusti. & vana opa eorū: ventus & inane simulacra eorum. XLII

Ecce seruus meꝰ. suscipiā eū: electus meus: cō placuit sibi in illo aia mea. Dedi spiritū meū sup eū. iudicium

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

gentib⁹ ꝓferet. Non clamabit·neq; accipiet
ꝑsonā·nec audiet vox ei⁹ foris. Calamū q̄ssa-
tū nō ꝯteret. ⁊ linū fumigans nō extinguet.
In veritate educet iudicium : non erit trist⁹
neq; turbulent⁹ donec ponat in tra iudiciū. ⁊
legē eius insule expectabūt. Hec dic dñs qui
creans celos ⁊ extendēs eos: firmās tra ⁊ q̄
germinat ea : dans flatū ꝑplo qui ē sup
eam. ⁊ spiritū calcantib⁹ eam. Ego dñs vocaui
te in iustitia. ⁊ apphendi manū tuā. ⁊ seruaui
te. Et dedi te in fedus populi·in lucē gentiū :
ut apires oculos cecoꝝ. ⁊ educeres de con-
clusiōe vinctū: de domo carceris sedentes in te-
nebris. Ego dñs: h̄ ē nomē meū. Gloriā meā
alteri non dabo. ⁊ laudē meā sculptilib⁹. Que
ꝑma fuerūt : ecce venerūt : noua oīa ego an-
nūcio·antq̄ oriāt audita vob̄ faciā. Cātate
dño canticū nouū: laus ei⁹ ab extremis tre.
Qui descēditis i mare ⁊ plenitudo ei⁹ : insu-
le: ⁊ habitatores earū. Leuet desertū ⁊ ciui-
tates eius: in domib⁹ habitabit cedar. Lau-
date habitatores petre: de vertice montiū cla-
mabūt. Ponent dño gloriā. ⁊ laudē eius in
insulis nūciabūt. Dñs sicut fortis egredie-
tur: sicut vir pleliator suscitabit zelū. Vocifera-
bit ⁊ clamabit : sup̄ inimicos suos ꝓfortabit.
Tacui·sp silui : patiens fui·sicut parturiens
loquar. Dissipabo ⁊ absorbebo simul : deser-
tos faciā mōtes ⁊ colles. ⁊ oē germē eoꝝ ex-
siccabo. Ponā flumina in insulas. ⁊ stagna
arefaciā. Et educā cecos i viā quā nesciūt. ⁊
in semitis quas ignorauerūt ābulare eos faciā.
Ponā tenebras coram eis i lucē. ⁊ prauа i re-
cta. Hec verba feci eis. ⁊ non dereliqui eos.
Cōuersi sūt retrorsū. Cōfundāt cōfusiōe qui
confidūt i sculptili: qui dicūt conflatili vos
dij nri. Surdi audite. ⁊ ceci intuemini ad vi-
dendū. Quis cecus nisi seru⁹ me⁹. ⁊ surdus
nisi ad quē nūcios meos misi? Quis cecus
nisi q̄ dnūdatus est? Et q̄s cecus nisi seru⁹
dñi? Qui vides multa : nonne custodies?
Qui aptas habes aures: nōne audies? Et
dñs voluit ut scificaret eum. ⁊ magnificaret
legē ⁊ extollēt : ipse āt ꝑplus dirept⁹ ⁊ vastat⁹
Laqueus iuuenū omnes. ⁊ in domibus car-
cerū abscōditi sūt. Facti sūt in rapinā·nec est
qui eruat : in direptionē·nec ē q̄ dicat : red-
de. Quis est in vob̄ q̄ audiat hoc·attendat ⁊
auscultet futura? Quis dedit in direptionē
iacob. ⁊ israhel vastantibus? Nōne dñs ipse
cui peccauim⁹? Et noluerūt i viis ei⁹ ābula-
re. ⁊ nō audieruut legē eius. Et effudit sup̄
eū indignationē furoris sui ⁊ forte bellum. ⁊
cōbussit eū in circuitu ⁊ nō cognouit. ⁊ suc-
cendit eū ⁊ nō intellexit. XLIII

Et nūc hec dicit dñs creās te iacob :
⁊ formās te israh̄. Noli timē q̄a rede-
mi te. ⁊ vocaui te noie tuo. Meus es
tu. Cū trāsieris p aquas·tecū ero. ⁊ flumina
nō opient te. Cū ābulaueris in igne·nō cō-
bureris. ⁊ flamma nō ardebit in te : q̄a ego
dñs de⁹ tu⁹ scūs israh̄ saluator tuus. Dedi ꝓpi-
tiationē tuā egyptū : ethiopiā ⁊ saba pro te.
Ex quo honorabilis fact⁹ es in oculis meis ⁊
gloriosus : ego dilexi te. Et dabo homines ꝑ te
⁊ populos ꝑ aia tua. Noli timē q̄a ego tecū
sū. Ab oriente adducā semen tuū. ⁊ ab occi-
dente cōgregabo te. Dicā aquiloni da. ⁊ au-
stro·noli ꝓhibere. Affer filios meos de lon-
ginquo. ⁊ filias meas ab extremis terre. Et
oēm q̄ inuocat nomē meū·i gloriā meā crea-
ui eū: formaui eū ⁊ feci eum. Educ foras po-
pulū cecū ⁊ oculos habentē: surdū. ⁊ aures
ei sūt. Omnes gētes cōgregate sūt simul. ⁊ col-
lecte sūt trib⁹. Quis in vobis annūciet istud
⁊ que ꝑma sunt audire vos faciet? Dent te-
stes eoꝝ ⁊ iustificēt. ⁊ audiāt ⁊ dicant. Vere
vos testes mei dicit dñs. ⁊ seruus me⁹ quem
elegi: ut sciat⁊ ⁊ credatis mihi. ⁊ intelligatis
q̄a ego ipse sum. Ante me nō ē format⁹ de⁹ :
⁊ post me nō erit. Ego sum ego sum dñs. ⁊ nō
est absq; me saluator. Ego ānūciaui ⁊ salua-
ui : auditū feci. ⁊ non fuit in vobis alienus.
Vos testes mei dicit dñs. ⁊ ego deus. Et ab
initio ego ipse. ⁊ nō ē q̄ de manu mea eruat.
Operabor. ⁊ q̄s auertet illud? Hec dicit dñs
redēptor vester sanctus israhel. Propter vos
emisi babylonē. ⁊ detraxi vectes vniuersos
⁊ chaldeos i nauib⁹ suis gloriātes. Ego dñs
sanctus vester : creans israh̄ : rex vester. Hec
dicit dñs q̄ dedit i mari viā. ⁊ in aq̄s torren-
tibus semitā. Qui eduxit quadrigā ⁊ equū :
agmen ⁊ robustū. Simul obdormierūt nec
resurgēt: cōtriti sūt q̄si linū. ⁊ extincti sūt. Ne
memineritis prioꝝ. ⁊ antiqua ne intueamini:
Ecce ego facio noua. ⁊ nūc orient̄: vtiq; co-
gnoscetis ea: Ponā i deserto viā. ⁊ i inuio flu-
mina. Et glorificabit me bestia agri·dracо-
nes ⁊ strutiones : q̄a dedi in deserto aquas:
⁊ flumina i inuio·ut darē potū populo meo
electo meo. Populum istum formaui mihi :
laudē meā narrabit. Nō me inuocasti iacob

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

nec laborasti in me israel. Non obtulisti mihi arietem holocausti tui. & victimis tuis non glorificasti me. Non te seruire feci in oblatione. nec labore tibi prebui in thure. Non emisti mihi argento calamū. & adipe victimarum tuaꝝ nō inebriasti me. Verūtn̄ seruire me fecisti in pctis tuis: p̄buisti mihi labore in iniquitatib⁹ tuis. Ego sum. ego sū ipse. qui deleo iniq̄tates tuas ꝓp̄ me. & pctoꝝ tuoꝝ nō recordabor. Reduc me i memoriam & iudicemur sil: narra si q̄d hēs ut iustificer. Pr̄ tuus p̄m⁹ peccauit. & interpretes tui p̄uaricati sunt i me. Et cōtaminaui p̄ncipes sanctos: dedi ad interitionē iacob. & israel in blasphemiam.

XLIIII

Et nūc audi iacob serue meus. & israel quē elegi. Hec dicit dñs faciēs & formāste: ab vtero auxiliator tuus. Noli timere serue me⁹ iacob. & rectissime quē elegi. Effundā. n. aquas super sitientē. & fluenta sup aridā. Effundā spiritū meū sup semen tuū. & bñdictionē meā super stirpem tuā. & germinabūt inter herbas quasi salices iuxta p̄terfluētes aq̄s. Iste dicet dñi ego sū. & ille vocabit i noie iacob. Et h scribet manu sua dño. & i noie israel assimilabitur Hec dic dñs rex israel & redēptor ei⁹. dñs exercituū. Ego p̄m⁹ & ego nouissim⁹. & absq̄ me nō est deus. Quis similis mei? Vocet & annūciet. & ordinē exponat mihi. Ex quo constitui mihi pplm antiquū. Ventura & q̄ futa sūt ānūciet eis. Nolite timere: neq̄ conturbemini. Ex tunc audire te feci. & annūciaui. Vos estis testes mei Nūq̄d ē deus absq̄ me & formator quē ego nō nouerim? Plaste idoli cēs nihil sūt. & amātissima eoꝝ nō proderūt eis. Ipsi sūt testes eoꝝ. q̄a nō vidēt neq̄ itelligūt: ut ꝓfūdāt. Quis formauit deū. & sculptile cōflauit. ad nihil vtile? Ecce cēs p̄tic̄ipes ei⁹ ꝓfūdent. Fabri. n. sūt ex hoīb⁹. Cōuenient cēs: stabūt & pauebūt. & cōfundentur simul. Faber ferrari⁹ lima opat⁹ē: in prunis & in malleis formauit illud. & opatus est in brachio fortitudinis sue. Esuriet & deficiet: nō bibet aquā & lasscscet. Artifex lignarius extendit normā: formauit illud in runcina. Fecit illud in angularib⁹. & in circino tornauit illud. & fecit imaginem viri q̄si speciosum hoiem habitantē in domo. Succidit cedros: tulit ilicē & quercū que steterat inter ligna saltus. Plantauit pinū quā pluuia nutriuit. & facta est hoibus i focū. Sūpsit ex eis & calefactus est. & succendit & coxit panes: de reliquo aūt opatus ē deū & adorauit: fecit sculptile. & curuat⁹ ē ante illud. Mediū ei⁹ combussit igni. & de medio eius carnes comedit. Coxit pulmētū & saturat⁹ est. & calefactus ē & dixit. Vah calefact⁹ sum: vidi focū. Reliquū aūt ei⁹ deū fecit & sculptile sibi. Curuat̄ añ illud. & adorat illud & obsecrat. dicens: Libera me. q̄a deus meus es tu. Nescierunt neq̄ intellexerūt. Obliti. n. sunt ne videant oculi eoꝝ. & ne intelligāt corde suo. Non recogitāt in mēte sua: neq̄ cognoscūt neq̄ sentiūt ut dicāt: Medietatem eius cōbussi igni & coxi sup carbones ei⁹ panes: coxi carnes & comedi. & de reliquo ei⁹ idolū faciā? Ante truncū ligni p̄cidā? Pars ei⁹ cinis est. Cor insipiēs adorabit illud. & nō liberabit aiam suā: neq̄ dicet. forte mendaciū ē i dextra mea Memēto horū iacob & israel: q̄m seru⁹ me⁹ es tu. Formaui te: seruus me⁹ es tu israel: non obliuiscaris mei. Deleui ut nubē iniq̄tates tuas. & quasi nebulā pctā tua. Reuertere ad me: q̄m redemi te. Laudate celi q̄m misericordiā fecit dñs: iubilate extrema tre. Resonate mōtes laudationē: saltus & oē lignū ei⁹. Quoniam redemit dñs iacob. & israel glorificabit. Hec dicit dñs redēptor tu⁹. & formator tuus ex vtero. Ego sū dñs faciēs oia: extendens celos solus: stabiliēs trā & nullus mecū. Irrita faciēs signa diuinoꝝ. & ariolos in furore dementens. Cōuertēs sapientes retrorsū & scientiā eoꝝ stultā faciēs. Suscitans ꝓbū ꝓpheta sui. & cōsiliū nunciorū suoꝝ cōplens. Qui dico irl'm habitabet̄. & ciuitatib⁹ iude edificabimini. & deserta eius suscitabo. Qui dico ꝓfūdo desolare. & flumia tua arefaciā. Qui dico cyro pastor meus es. & oēm voluntatē meā cōplebis. Qui dico irl'm edificabet̄. & templo fundaberis.

XLV

Hec dicit dñs christo meo cyro cui⁹ apprehēdi dexterā ut subiciam ante faciē ei⁹ gentes. & dorsa regū vertam Et apiā coram eo ianuas. & porte nō claudēt. Ego añ te ibo. & gliosos ire humiliabo. Portas ereas cōterā. & vectes ferreos confringā. Et dabo tibi thesauros absconditos. & archana secretoꝝ: ut scias q̄a ego dñs. q̄ voco nomē tuū deus israel ꝓpter seruū meū iacob & israel electum meū. Et vocauite noie tuo: assimilaui te. & non cognouisti me. Ego dñs. & non est ampli⁹. Extra me nō est deus. Accinxi te. &

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

non cognouisti me: ut sciant bi qui ab ortu solis ⁊ qui ab occidente·qm̃ absq; me nō est ds. Ego dñs ⁊ nō ē alter: formās lucē.⁊ creans tenebras:faciēs pacē ⁊ creans malū Ego dñs faciēs oia hec.Rorate celi desup ⁊ nubes pluāt iustum: apiat terra ⁊ germinet saluatorē:⁊ iusticia oriat sil. Ego dñs creaui eū.Ve q̄ dicit factori suo:testa de testis terre. Nunqd dicet lutū figulo suo·qd facis ⁊ op⁹ tuū absq; manib⁹ ē? Ve qui dicit patri quid generas.⁊ mulieri quid parturis? Hec dicit dñs scūs isrl: plastes eius. Ventura interrogate me: sup filios meos ⁊ sup op⁹ manuū meaꝝ mādate mihi. Ego feci ēr̄ā.⁊ ho minē sup eā creaui ego. Manus mee tetenderūt celos.⁊ oi militie eoꝝ mandaui. Ego suscitaui eū ad iusticiā.⁊ cūctas vias eius dirigā. Ipse edificabit ciuitatē meā.⁊ captiuitatem meā dimittet nō in precio neq; in muneribus dicit dñs ds exercituū. Hec dicit dñs. Labor egypti ⁊ negociatio ethiopie ⁊ sabaim viri sublimes:ad te transibunt ⁊ tui erūt. Post te ambulabūt vincti manicis pgent.⁊ te adorabūt teq; deprecabunt. Tm̄ in te ē ds.⁊ nō est ds absq; te. Vere tu es ds absconditus: ds isrl saluator. Cōfusi sūt ⁊ erubuerūt oēs simul: abierūt in confusione fabricatores errorū. Israhel saluat⁹ est in dño salute eterna. Non confundemini ⁊ nō erubescetis vsq; in seculū seculi: qa hec dicit dñs creās celos. Ipse ds formās ēr̄ā ⁊ faciēs eā:ipse plastes eius.Nō in vanū creauit eā:ꝫ ut habitaret formauit eā. Ego dñs ⁊ nō ē alius. Nō in abscōdito locut⁹ sū : in loco tre tenebrosо Non dixi semini iacob frustra : querite me. Ego dñs loquēs iusticiā·ānūciās recta. Cōgregami ⁊ venite.⁊ accedite simul q̄ saluati estis ex gentib⁹. Nescierūt q̄ leuāt signū sculpture sue.⁊ rogant dñm nō saluantē. Annūciate ⁊ venite.⁊ consiliami sil. Quis auditū fecit hoc ab initio? Ex tūc p̄dixi illud. Nūqd nō ego dñs.⁊ nō est vltra ds absq; me? Deus iust⁹ ⁊ saluās nō ē p̄ter me. Cōuertimini ad me ⁊ salui eritis oēs fines tre:q̄a ego ds ⁊ nō est alius. In memetipso iuraui·egredietur de ore meo iusticie verbum.⁊ nō reuertet·quia mihi curuabitur oē genu.⁊ iurabit omis lingua. Ergo in dño dicet. Mee sūt iusticie ⁊ imperium. Ad eū venīet.⁊ cōfundēt oēs q̄ repugnant ei. In dño iustificabit ⁊ laudabitur omne semen israhel. XLVI

Confract⁹ est bel·contritus est nabo: facta sūt simulacra eoꝝ bestijs ⁊ iumētis. Onera vestra graui pondere vsq; ad lassitudinē cōtabuerūt.⁊ p̄trita sunt simul. Nō potuerunt saluare portantē.⁊ aia eorū in captiuitatē ibit. Audite me domus iacob.⁊ oē residuū domus isrl. Qui portamini a meo vtero : q̄ gestami a mea vulua. Usq; ad senectā ego ipse.⁊ vsq; ad canos ego portabo. Ego feci ⁊ ego ferā:ego portabo ⁊ saluabo. Cui assimilastis me ⁊ adeq̄stis.⁊ cōparastis me ⁊ fecistis similē? Qui cōfertis aurū de sacculo.⁊ argētū statera ponderatꝫ. Cōducētes aurificē ut faciat deū.⁊ p̄cidunt ⁊ adorāt. Portāt illū in humerꝭ gestantes.⁊ ponētes in loco suo. Et stabit: ac de loco suo nō mouebit. Sed ⁊ cū clamauerit ad eū nō audiet: de tribulatiōe nō saluabit eos. Memētote istud ⁊ fūdami: redite p̄uaricatores ad cor. Recordami prioris seculi qm̃ ego sū deus ⁊ nō ē vltra de⁹: nec ē similis mei annūcians ab exordio nouissimū.⁊ ab initio que necdū facta sut·dicēs: Cōsiliū meū stabit.⁊ oīs voluntas mea fiet. Vocās ab oriēte auē ⁊ de tra longinqua virū voluntatꝭ mee. Et locut⁹ sū ⁊ adducā illud: creaui ⁊ faciā illud. Audite me duro corde : q̄ lōge estis a iusticia. Prope feci iusticiā meā.⁊ nō elongabit: ⁊ salus mea nō morabit. Dabo in syon salutē ⁊ in israhel gloriā meam. XLVII

Descende : sede in puluē ṽgo filia babylon : sede in tra. Nō est solū filie chaldeoꝝ : quia vltra nō vocaberis mollis ⁊ tenera. Tolle molā ⁊ mole farinā: denuda turpitudinē tuā. Discoopi humeꝝ: reuela crura:trāsi flumina. Reuelabit ignominia tua.⁊ videbit opprobriū tuū. Ultionem capiā.⁊ nō resistet mihi hō. Redemptor nr̄ dñs exercituū: nomē illi⁹ scūs isrl. Sede tace ⁊ intra in tenebras filia chaldeoꝝ : quia nō vocaberꝭ vltra dña regnorū. Iratus sum sup populū meū : contaminaui hereditatem meā.⁊ dedi eos i manu tua. Nō posuisti eis misericordias. Sup senē aggrauasti iugū tuū valde.⁊ dixisti. In sempiternū ero dña. Non posuisti hec sup cor tuū: neq; recordata es novissimi tui. Et nūc audi hec delicata ⁊ habitans cōfidēter : que dicis i corde tuo ego sū.⁊ nō ē p̄ter me ampli⁹. Nō sedebo vidua.⁊ ignorabo sterilitatē. Veniēt tibi duo hec subito in die vna·sterilitas⁊ viduitas. Vniuersa venerūt

sup te ꝑpter multitudinẽ maleficioꝝ tuoꝝm
ꝑpẽ duriciã incãtatoꝝ tuoꝝ vehementem.
Et fiduciã habuisti in malitia tua: ꝛ dixisti.
Nõ ẽ qui videat me. Sapiẽtia tua ꝛ scientia
tua hꝫ decepit te. Et dixisti i corde tuo. Ego
sũ: ꝛ ꝑter me nõ ẽ altera. Veniet sup te malũ
ꝛ nescies ortũ eiꝰ: ꝛ irruet sup te calamitas
quã nõ poteris expiare. Veniet sup te repente
miseria quã nescies. Sta cũ icãtatoribꝰ tuis
ꝛ cũ multitudine maleficioꝝ tuoꝝ in quibꝰ
laborasti ab adolescentia tua: si forte quid
prosit tibi: aut si possis fieri fortior. Defeciſti
in multitudine ꝯsilioꝝ tuoꝝ. Stent ꝛ salu
te augures celi qui cõtẽplabãt sidera ꝛ sup
putabãt mẽses: ut ex eis anũciarẽt ventura
tibi. Ecce facti sũt ꝙsi stipula: ignis cõbussit
eos. Nõ liberabũt aiam suã de mãu flãme:
nõ sũt prune qꝫ calefiãt: nec focus ut sedeant
ad eũ. Sic facta sũt tibi: in quibuscunqꝫ
laborgaueras. Negociatores tui ab adolescentia tua vnusquisqꝫ in via sua errauerũt:
Nõ est qui saluet te.

XLVIII

Audite hec domꝰ iacob qui vocamini
noie isrl̃. ꝛ de aquis iuda existis: qui
iuratiꝫ i noie dñi. ꝛ dei isrl̃ recordami
nõ i veritate neqꝫ in iusticia. De ciuitate eni
sancta vocati sunt: ꝛ sup deũ isrl̃ constabiliti
sũt. Dñs exercituũ nomẽ eiꝰ. Priora extunc
anũciaui ꝛ ex ore meo exierunt: ꝛ audita feci
ea: repente operatꝰ sũ ꝛ venerũt. Sciui. n. quia
durus es tu: ꝛ neruus ferreus cerui tua: ꝛ
frons tua erea. Predixi tibi extũc: añ veniret̃ indicaui tibi: ne forte diceres. Idola mea
fecerũt hec: ꝛ sculptilia mea ꝛ ꝙflatilia mandauerũt ista. Que audisti: vide oia. Vos ãt
nõ annũciastis. Audita tibi feci noua extũc
ꝛ ꝙseruata sũt ꝙ nescis. Nũc creata sũt ꝛ nõ
extũc: ꝛ ante diem: ꝛ nõ audisti ea: ne forte
dicas. ecce ego coꝝgui ea. Neqꝫ audisti neqꝫ
coꝝguisti: neqꝫ extunc apta est aurꝭ tua. Scio
n. ꝙa ꝓuaricãs ꝓuaricaberis: ꝛ trãsgressorẽ
ex vtero vocaui te. Propẽ nomẽ meũ longe
faciã furorẽ meũ: ꝛ laudem meã infrenabo te
ne intereas. Ecce excoqui te ꝫ nõ ꝙsi argentũ:
elegi te in camino pauperatiꝭ. Propẽ me ꝑpter
me faciã. ut non blasphemer: ꝛ gloriã meam
alteri nõ dabo. Audi me iacob: ꝛ isrl̃ quem
ego voco. Ego ipse: ego primꝰ ꝛ ego nouissimus. Manus qꝫ mea fũdauit trã: ꝛ dextera
mea mensa est celos. Ego vocabo eos: ꝛ stabũt simul. Congregamini oẽs vos ꝛ audite.
Quis de eis anũciauit hec? Dñs dilexit eũ:
faciet voluntatẽ suã in babylone: ꝛ brachiũ
suũ i chaldeis. Ego ego locutꝰ sum ꝛ vocaui
eũ: adduxi eũ: ꝛ directa ẽ via eius. Accedite
ad me: ꝛ audite hꝫ. Nõ a principio i abscondito locutus sũ. Ex tempore anteqꝫ fierent
ibi erã: ꝛ nũc dñs deus misit me ꝛ spũs eius.
Hec dicit dñs deꝰ redẽptor tuꝰ scũs isrl̃. Ego
dñs deꝰ tuꝰ: docens te vtilia: gubnãs te i via
qua ãbulas. Vtinã attẽdisses mãdata mea.
Facta fuisset sicut flumen pax tua: ꝛ iusticia
tua sicut gurgites maris. Et fuisset ꝙsi harena semẽ tuũ: ꝛ stirps uteri tui ut lapilli eius.
Nõ interisset ꝛ nõ fuisset attritũ nomen eius
a facie mea. Egredimi de babylone: fugite
a chaldeis. In voce exultationis anũciate:
auditũ facite hoc: ꝛ efferte illud vsqꝫ ad extrema tre. Dicite: Redemit dñs seruũ suum
iacob. Nõ sitierunt in deserto cum educeret
eos. Aquã de petra ꝑduxit eis. ꝛ scidit petrã
ꝛ fluxerũt aque. Nõ ẽ pax impijs dicit dñs.

XLIX

Audite insule: ꝛ attẽdite
populi de longe. Dñs ab utero vocauit me: de ventre mris mee recordatus ẽ nois mei. Et posuit os meum quasi
gladiũ acutũ: in umbra manꝰ sue ꝑtexit me
ꝛ posuit me sicut sagittã electã. In ꝑbaretra
sua abscondit me: ꝛ dixit mihi. Seruus meus
es tu isrl̃. ꝙa i te glorificabor. Et ego dixi. In
vacuũ laboraui: sine causa ꝛ vane fortitudinẽ meã cõsũpsi. Ergo iudiciũ meũ cum dño:
ꝛ opus meũ cũ deo meo. Hec dicit dñs formãs me ex utero ꝑuũ sibi: ut reducam iacob
ad eũ: ꝛ israhel nõ cõgregabit̃. Et glorificatus sũ in oculis dñi: ꝛ deus meꝰ factꝰ est fortitudo mea. Et dixit. Parũ ẽ ut sis mihi seruus ad suscitãdas tribꝰ iacob. ꝛ feces israhel
conuertendas. Dedi te in lucem gentiũ: ut
sis salus mea vsqꝫ ad extremũ tre. Hec dicit
dñs redemptor israhel scũs eiꝰ: ad cõtẽptibilẽ aiam ad abhominatã gẽtẽ ad seruũ dominorũ. Reges videbũt ꝛ ꝙsurgent ꝓncipes
ꝛ adorabũt ꝑpter dñm ꝙ fidelis est: ꝛ scm̃
israhel qui elegit te. Hec dicit dñs. In tẽpore
placito exaudiui te. ꝛ in die saluꝭ auxiliatus
sum tui. Et seruaui te ꝛ dedi te in fedꝰ populi
ut suscitares terrã ꝛ possideres hereditates
dissipatas: ut diceres his ꝙ vincti sũt. exite:
ꝛ his qui in tenebris. reuelamini. Sup vias
pascent̃. ꝛ in oibꝰ planis pascua eorũ. Non
esurient neqꝫ sitient. ꝛ nõ percutiet eos estus

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ꝛ ſol: ꝙa miſerator eorũ reget eos. ꝛ ad fontes aquaꝝ potabit eos. Et ponam cẽs montes meos i viã. ꝛ ſemite mee exaltabuntur. Ecce iſti de lõge veniẽt. ꝛ ecce illi ab aq̃lone ꝛ mari. ꝛ iſti de tra auſtrali. Laudate celi ꝛ exulta tra: iubilate mõtes laudẽ: ꝙa conſolatus ẽ dñs populũ ſuũ. ꝛ pauperũ ſuoꝝ miſerebit. Et dixit ſyon: dereliq̃t me dñs. ꝛ dñs oblitus ẽ mei. Nũquid obliuiſci poteſt mulier infantẽ ſuum: ut nõ miſereat filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit: ego tñ nõ obliuiſcar tui. Ecce i manib⁹ meis deſcripſi te: muri tui corã oculis meis ſemp. Venerũt ſtructores tui: deſtruentes te ꝛ diſſipantes. a te exibũt. Leua i circuitu oculos tuos ꝛ vide: cẽs iſti cõgregati ſũt: venerũt tibi. Viuo ego dic dñs. ꝙa oib⁹ his velut ornamento veſtieris ꝛ circũdabis tibi eos q̃ſi ſponſa. Quia deſerta tua ꝛ ſolitudines tue ꝛ tra ruine tue: nũc anguſta erũt p̃ habitatorib⁹. ꝛ longe fugabũt q̃ abſorbẽbãt te. Adhuc dicẽt i auribus tuis filij ſterilitatis tue. Anguſt⁹ eſt mihi loc⁹: fac ſpatiũ mihi ut habitẽ. Et dices i corde tuo. Quis genuit mihi iſtos? Ego ſterilis ꝛ nõ pariẽs tranſmigrata ꝛ captiua. ꝛ iſtos q̃s enutriuit? Ego deſtituta ꝛ ſola. ꝛ iſti vbi ꝫ erãt? Hec dic dñs de⁹. Ecce leuabo ad gẽtes manũ meam. ꝛ ad pp̃los exaltabo ſignũ meũ. Et afferent filios ſuos i vlnis. ꝛ filias ſuas ſup humeros portabũt. Et erunt reges nutricij tui. ꝛ regine nutrices tue. Vultu in terra demiſſo adorabũt te. ꝛ puluerẽ pedum tuoꝝ lingent. Et ſcies ꝙa ego dñs: ſup q̃ nõ cõfundent q̃ expectãt eũ. Nũq̃d tollet a forti preda: aut q̃d captũ fuerit a robuſto ſaluũ eſſe poterit? Quia hec dic dñs. Equidẽ ꝛ captiuitas a forti tollet. ꝛ q̃d ablatum fuerit a robuſto ſaluabit. Eos ꝙo qui iudicauerunt te ego iudicabo. ꝛ filios tuos ego ſaluabo. Et cibabo hoſtes tuos carnib⁹ ſuis. ꝛ quaſi muſto ſanguine ſuo inebriabuntur. Et ſciet ois caro quia ego dñs ſaluãs te. ꝛ redẽptor tuus forti⁹ iacob.

L

Hec dicit dñs. Quis ẽ hic liber repudij matris veſtre: quo dimiſi eam? Aut q̃s ẽ credito⁹ meus: cui vendidi vos? Ecce. n. i iniq̃tatib⁹ vr̃is vẽditi eſtis: ꝛ in ſcelerib⁹ veſtris dimiſi matrẽ veſtrã: ꝙa veni ꝛ nõ erat vir: vocaui ꝛ non erat q̃ audiret. Nũquid abbreuiata ꝛ paruula facta eſt manus mea ut nõ poſſim redimẽ. aut non ẽ in me vꝛtus ad liberandũ? Ecce i increpatiõe mea deſertũ faciã mare: ponã flumina in ſiccũ. Cõputreſcẽt piſces ſine aqua. ꝛ moriẽt in ſiti. Induã celos tenebr̃. ꝛ ſaccũ ponã operimentũ eoꝝ. Dñs dedit mihi linguã eruditã: ut ſcia ſuſtentarẽ eũ q̃ laſſus ẽ verbo. Erigit mane. mane erigit mihi aurẽ: ut audiam q̃ſi magiſtrũ. Dñs de⁹ aperuit mihi aurẽ: ego aũt non ꝓdico: retrorſũ nõ abij. Corp⁹ meũ dedi p̃cutiẽtib⁹ ꝛ genas meas vellentib⁹. Faciem meã nõ auerti ab increpantib⁹ ꝛ p̃ſpuentib⁹ in me. Dñs deus auxiliator me⁹. ꝛ ideo non ſũ p̃fuſus. Ideo poſui faciẽ meã ut petrã duriſſimã. ꝛ ſcio q̃m nõ cõfundar. Iuxta eſt qui iuſtificat me. Quis ꝓdicet mihi? Stem⁹ ſil. Quis ẽ aduerſari⁹ me⁹? Accedat ad me. Ecce dñs de⁹ auxiliator me⁹. Quis ẽ q̃ cõdẽnet me? Ecce oẽs q̃ſi veſtimẽtũ cõterẽt: tinea comedet eos. Quis ex vob timẽs dñm: audiens vocẽ ſerui ſui? Quis ãbulauit i tenebr̃ ꝛ nõ ẽ lumẽ ei? Sper in noie dñi. ꝛ innitat ſup deũ ſuũ. Ecce vos oẽs accendentes ignẽ. accincti flãmis. Ambulate i lucẽ ignis vr̃i. ꝛ i flãmis q̃s ſuccẽdiſtis. De manu mea factũ ẽ ꝫ vobis. In doloribus dormietis.

LI

Audite me qui ſeq̃mini q̃ iuſtũ eſt. ꝛ q̃rit dñm. Attendite ad petrã vnde exciſi eſtis. ꝛ ad cauernã laci de qua p̃ciſi eſtis. Attẽdite ad abrahã patrẽ veſtrũ: ꝛ ad ſaram que peperit vos. Quia vnũ vocaui eũ. ꝛ bñdixi ei. ꝛ multiplicaui eum. Conſolabit ergo dñs ſyon. ꝛ conſolabit oẽs ruinas ei⁹. Et ponet deſertũ ei⁹ q̃ſi delitias. ꝛ ſolitudinem eius q̃ſi hortũ dñi. Gaudiũ ꝛ letitia inuenietur i ea: grãꝝ actio ꝛ vox laudis. Attendite ad me pp̃le meus. ꝛ trib⁹ mea me audite. Quia lex a me exiet. ꝛ iudiciũ meũ i lucẽ populorũ requieſcet. Prope ẽ iuſt⁹ meus: egreſſus eſt ſaluator meus. ꝛ brachia mea pp̃los iudicabũt. Me inſule expectabũt. ꝛ brachiũ meũ ſuſtinebũt. Leuate i celũ oculos vr̃os: ꝛ videte ſub tra deorſũ: quia celi ſicut fum⁹ liqueſcent. ꝛ terra ſicut veſtimentũ attenuet: ꝛ habitatores eius ſicut hec interibũt. Salus aũt mea in ſempiternũ erit: ꝛ iuſticia mea non deficiet. Audite me qui ſcitis iuſtũ: pp̃le me⁹ lex mea i corde eorũ. Nolite timere oppꝛobriũ hoĩũ. ꝛ blaſphemias eorum ne metuatis. Sicut. n. veſtimentũ ſic comedet eos vermis. ꝛ ſicut lanã ſic deuorabit eos tinea. Salus ãt mea i ſempiternũ erit. ꝛ iuſticia mea i gnãtiõs

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

generationū. Cōsurge ꝙsurge : induere fortitudinē brachiū dñi. Cōsurge sicut in diebꝰ antiqs: in gnationibꝰ seculorū. Nūqd nō tu pcussisti superbū: vulnerasti draconē? Nunqd nō tu siccasti mare: aquā abyssi vehementis? Qui posuisti pfūdū maris viā: ut trāsirēt liberati. Et nūc q redēpti sūt a dño : reuertent: & venient in syon laudātes. & letitia sempiterna sup capita eorū. Gaudiū & letitiā tenebūt : fugiet dolor & gemitꝰ. Ego egoipse consolabor vos. Quis tu ut timeas ab hoie mortali & a filio hois: qui quasi fenū ita arescet. & oblitus es dñi factoris tui q tetendit celos & fūdauit ērā. & formidasti iugiter tota die a facie furoris ei⁹ q te tribulabat. & paraverat ad pdendū? Ubi nūc ē furor tribulantis? Cito veniet gradiens ad aperiēdū. & nō interficiet vsq ad internitionē: nec deficiet panis eiꝰ. Ego aūt sū dñs deꝰ tuus qui conturbo mare & intumescūt fluctus eius : dñs exercituū nomē meū. Posui verba mea in ore tuo. & in vmbra manꝰ mee protexi te: ut plantes celos & fūdes ērā. & dicas ad syon : pplus meus es tu. Eleuare eleuare : cōsurge irlm : que bibisti de manu dñi calicē ire eius. Usq ad fundum calicis soporis bibisti. & potasti usq ad feces. Nō ē qui sustentet eā ex oibus filijs quos genuit. & nō est q apphendat manū eius ex oibꝰ filijs qs enutriuit. Duo sunt q occurrerūt tibi. Quis cōtristabit sup te? Vastitas & cōtritio & fames & gladiꝰ. Quis ꝙsolabit te? Filij tui piecti sūt : dormierūt in capite oiuz viarū sicut orix illaqatus: pleni indignatiōe dñi increpatiōe dei tui. Idcirco audi ista paupercula. & ebria non a vino. Hec dicit dñator tuus dñs. & deus tuus q pugnauit p pplo suo. Ecce tuli de manu tua calicē soporis : fūdū calicis indignatiōis mee. Nō adijcies ut bibas illū vltra. Et ponā illū i manu eoz qui te humiliauerunt & dixerunt aie tue incuruare ut transeamus. & posuisti ut terrā corpus tuū. & qsi viā transeuntibus.

LII

Onsurge ꝙsurge: induere fortitudine tua syon. Induere vestimētis glie tue hierusalē ciuitas sancti: q a non adijciet vltra ut pertrāseat p te incircūcisus & immundus. Excutē de puluere : ꝙsurge : sede irlm. Solue vincula colli tui captiua filia syon: qa hec dicit dñs: Gratis venūdati estis. & sine argēto redimemini. Quia hec dicit dñs deus. In egyptū descēdit pplus meus i pncipio ut colonus esset ibi. & assur absq vlla cā calūniatꝰ est eū. Et nūc qd mihi ē hic dicit dñs? Quōm ablatꝰ ē populus meus gratis. Dñatores eiꝰ inique agūt dicit dñs: & iugiter tota die nomen meū blasphemat. Propē hoc sciet populus meus nomen meū in die illa : qa ego ipse qui loquebar ecce adsum. Quā pulchri sup montes pedes annūciātis & pdicātis pacē : annūciātis bonū pdicātis salutē dicētis: Syon regnabit deus tuus. Vox speculatorū tuorū. Leuauerūt vocē : simul laudabūt : quia oculo ad oculū videbūt cū cōuerterit dñs syon. Gaudete & laudate simul deserta irlm: qa consolatꝰ est dñs populū suū redemit irlm. Parauit dñs brachiū scm suū i oculis oiuz gentiū. & videbūt oēs fines terre salutare dei nri. Recedite recedite: exite inde: pollutū nolite tangere. Exite de medio eiꝰ mūdami q fertis vasa dñi. Quōm nō i tumultu exibitis: nec in fuga pperabitis. Precedet. n. vos dñs. & congregabit vos deꝰ isrl. Ecce intelliget seruus meus: exaltabit & elevabit. & sublimis erit valde. Sicut obstupuerūt sup te multi: sic inglorius erit inter viros aspectus eiꝰ. & forma eiꝰ inter filios hoiuz. Iste aspget gentes multas : sup ipsū cōtinebūt reges os suū. Quia quibꝰ nō ē narratū de eo viderūt. & q nō audierūt pteplati sunt.

LIII

Quis credidit auditui nro: & brachiū dñi cui revelatum est? Et ascēdet sicut virgultū coram eo. & sicut radix de terra sitiēti. Nō est spes ei neq decor. Et vidimus eū & nō erat aspectus. & desideravimus eū despectū & novissimū virorū. virū dolorū & scientē infirmitatē. Et quasi abscōditꝰ vultus eius & despectꝰ: unde nec reputauimus eū. Vere languores nostros ipse tulit. & dolores nros ipse portauit. Et nos reputauimus eū qsi leprosū. & pcussū a deo & būiliatū Ipse aūt vulneratus ē ppter iniqtates nras: attritus ē ppter scelera nra. Disciplina pacis nostre sup eū. & livore eiꝰ sanati sumus. Oēs nos qsi oues errauimus: vnusqsq in viā suā declinauit. & posuit dñs in eo iniqtatē oiuz nostrū. Oblatus ē qa ipse voluit. & nō aperuit os suū. Sicut ovis ad occisionē ducet. & qsi agnus coram tondēte se obmutescet. & nō aperiet os suū. De angustia & de iudicio sublatus ē. Generationē eiꝰ qs enarrabit? Quia abscisus ē de terra viventiū. Propter scelus populi mei percussi eū. Et dabit impios ppter sepultura. & divites ppter morte sua: eo q iniqtatē nō fecerit

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

neq; volus fuerit in ore eius & dñs voluit cõterere eũ i infirmitate. Si posuerit p̃ peccato aiam suã videbit semen longeuũ. & volũtas dñi in manu eius dirigef. Pro eo q̃ laboravit aia eius: videbit & saturabif. In scia sua iustificabit ipse iustus seruos meos multos & iniq̃tates eor̃ ipse portabit. Ideo disptiam ei plurimos & fortium diuidet spolia: p̃ eo q̃ tradidit i mortẽ aiam suã. & cũ sceleratis reputatus est. Et ipse pctã multorũ tulit. & p̃ transgressorib⁹ rogauit. LIII

Lauda sterilis q̃ non paris: decanta laudẽ & binni que nõ pariebas: qm̃ multi filij deserte magis q̃ eius q̃ habebat virũ dicit dñs. Dilata locũ tentorij tui. & pelles tabernaculor̃ tuor̃ extende. Ne parcas. Longos fac funiculos tuos. & clauos tuos cõsolida. Ad dexterã eni & leuã penetrabis: & semen tuũ gentes hereditabit. & ciuitates desertas inhabitabit. Noli timere: q̃a nõ cõfunderis neq; erubesces. Non eni te pudebit: q̃a cõfusionis adolescẽtie tue obliuiscer̃is. & opprobrij viduitat̃ tue nõ recordaber̃ ampli⁹. Quia dñabif tui qui fecit te: dñs exercituũ nomẽ eius. & redẽptor tu⁹ scũs isrl: deus ois terre vocabif. Quia ut mulierẽ derelictã & merẽtẽ spũ vocauit te dñs. & vxorẽ ab adolescentia abiectã. Dixit deus tu⁹. Ad pũctũ in modico dereliqui te. & i miserationib⁹ magnis congregabo te. In momẽto idignationis abscõdi faciẽ meã parũp a te. & i misericordia sempiterna misert⁹ tui: dixit redemptor tuus dñs. Sicut in diebus noe istud mihi est: cui iuraui ne iducerẽ aq̃s diluuij vltra sup̃ trã. sic iurauj ut nõ irascar tibi & nõ increpem te. Mõtes eni cõmouebũf & colles contremiscẽt: misericordia aũt mea nõ recedet a te. & fedus pacis mee nõ mouebif: dixit miserator tuus dñs. Pauncula tẽpestate cõuulsa absq; vlla consolatiõe: ecce ego sternã p ordinem lapides tuos. & fũdabo te in sapphyris. & ponã iaspidem ppugnacula tua. & portas tuas in lapides sculptos. & oes t̃minos tuos i lapides desiderabiles. vniũsos filios tuos doctos a dño & multitudinem paq̃ filijs tuis. & in iusticia fũdaberis. Recede procul a calũnia. q̃a nõ timebis. & a pauore. q̃a nõ appropinq̃bit tibi. Ecce accola veniet. q̃ nõ erat mecũ: aduena quondã tu⁹ adiũget tibi. Ecce ego creaui fabrũ sufflantẽ i igne prunas. & proferentẽ vas in opus suũ. & ego creaui interfectorem ad dispdendũ. Oẽ vas q̃ fictũ ẽ. ꝯ te nõ dirigef. & oẽm linguã resistentẽ tibi. i iudicio iudicabis. Hec ẽ hereditas seruorũ dñi. & iusticia eor̃ apud me. dicit dñs. LV

Omnes sitientes venite ad aq̃s. & qui non habetis argentũ pperate. emite & comedite. Venite emite absq; argento & absq; vlla cõmutatione. vinũ & lac. Quare appenditis argẽtũ nõ i panib⁹. & laborẽ vestrũ nõ in saturitate? Audite audientes me & comedite bonũ. & delectabif in crassitudine aia vra. Inclinate aurẽ vram & venite ad me: audite. & viuet aia vestra. & feriam vobiscũ pactũ sempiternũ: misericordias dauid fideles. Ecce testẽ pplis dedi eũ. ducem ac p̃ceptorẽ gẽtib⁹. Ecce gẽtẽ quã nesciebas vocabis. & gentes que non cognouerunt te. ad te current ppter dñm deũ tuũ & scm̃ isrl: quia glorificauit te. Querite dñm dũ inueniri p̃t invocate eũ dũ ppe est. Derelinq̃t impi⁹ viã suã. & vir iniqu⁹ cogitatiões suas. & reuertat ad dũm & miserebif eius. & ad deũ nr̃m qm̃ multꝰ est adignoscendũ. Nõ. n. cogitationes mee cogitatiões vre: neq; vie vestre vie mee dic dñs. Quia sicut exaltãt celi a tra. sic exaltate sũt vie mee a vijs vris. & cogitatiões mee a cogitationib⁹ vris. Et quõ descendit hymber & nix de celo & illuc vltra non reuertit̃ sed inebriat trã & infũdit eã & germinare eã facit. & dat semen serẽti. & panẽ comedẽti. sic erit verbum meũ q̃ egredief de ore meo. Nõ reuertef ad me vacuũ: sed faciet quecũq; volui. & psperabitur in bis ad que misi illud. Quia in letitia egrediemi. & i pace deducemini. Mõtes & colles cantabũt coram vobis laudem. & oia ligna regiõis plaudẽt manu. Pro saliũcula ascendet abies. & pro vrtica crescet myrt⁹. Et erit dñs noiat⁹ in signũ eternũ: q̃ nõ auferetur. LVI

Hec dicit dñs. Custodite iudicium & facite iusticiã. quia iuxta est sal⁹ mea ut veniat. & iusticia mea ut reueletur Beatus vir qui facit h̃. & filius hois qui apprehendet istud. Custodiens sabbatũ ne polluat illud: custodiens man⁹ suas. ne faciat oẽ malũ. Et non dicat filius aduene q̃ adhesret dño. dicẽs: Sepatione diuidet me dñs a pplo suo. Et nõ dicat eunuch⁹. ecce ego lignũ aridũ. Quia h̃ dic dñs eunuchis: Qui custodierint sabbata mea. & elegerint q̃ ego volui & tenuerint fed⁹ meũ: dabo eis in domo mea

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ꝛ in muris meis locū. ꝛ nomen meū ꝙ filijs ꝛ filiab ꝙ. Nomē sempiternū dabo eis: qđ non ꝑibit. Et filios aduene q̄ adhærent dño ut colāt eū. ꝛ diligāt nomen eius ut sint ei i seruos: oēm custodientem sabbatū ne polluat illud. ꝛ tenentē fed ꝙ meū. adducā eos i mōtē scīm meū. ꝛ letificabo eos in domo orationis mee. Holocausta eoꝝ ꝛ victime eoꝝ placebūt mihi sup altari meo: q̄a domus mea domus orōnis vocabit cūctis ꝑpulis. ait dñs deus q̄ congregat dispsos isrl. Adhuc congregabo ad eū cōgregatos ei ꝙ. Oēs bestie agri venite ad deuorandum: vniuerse bestie saltus. Speculatores ei ꝙ ceci oēs: nescierūt vniuersi: canes muti nō valētes latrare. videntes vana. dormiētes ꝛ amātes somnia. ꝛ canes impudentissimi nescierūt saturitatē. Ipsi pastores ignauerūt intelligētiā. Oēs in viā suā declinauerūt: vn ꝙ q̄sq; ad auaritiā suā a sūmo vsq; ad uonissimū. Venite. sumam ꝙ vinum. ꝛ impleamur ebrietate. ꝛ erit sicut hodie sic ꝛ cras. ꝛ multo amplius.

LVII

Iustus ꝑit ꝛ non est qui recogitet i corde suo. ꝛ viri mie colliguntur: q̄a nō ē q̄ intelligat. A facie enī malitie collect ꝙ ē iust ꝙ. Veniat pax: requescet i cubili suo. q̄ ābulauit i directiōe sua. Vos autē accedite huc filij auguratricis: semen adulteri ꝛ fornicarie. Sup quē lusistis? Sup quē dilatastis os. ꝛ eiecistis linguā? Nūq̄d non vos filij scelesti. semē mēdax? Qui ꝙsolamini in dijs subter oē lignū frondosū. imolātes paruulos i torrētib ꝙ: subter eminētes ꝑtras. In partib ꝙ torrētis pars tua: hec ē sors tua. Et ipsis effudisti libamen: obtulisti sacrificium. Nūq̄d sup his nō idignabor? Sup mōtē excelsū ꝛ sublimē posuisti cubile tuū. ꝛ illuc ascēdisti ut imolares hostias. Et p ꝙ ostū ꝛ retro postem posuisti memoriale tuū. q̄a iuxta me discooperuisti ꝛ suscepisti adulterum. Dilatasti cubile tuū. ꝛ pepigisti cum eis fedus. Dilexisti stratū eoꝝ manu apta. ꝛ ornasti te regio vnguēto. ꝛ multiplicasti pigmēta tua. Misisti legatos tuos ꝓcul. ꝛ humiliata es vsq; ad iferos. In multitudine vie tue laborasti: nec dixisti. quiescam. Vitam man ꝙ tue inuenisti: ꝓpterea non rogasti. Pro quo sollicita timuisti: q̄a mētita es ꝛ mei nō es recordata: neq; cogitasti i corde tuo q̄a ego tacens ꝛ quasi nō vidēs. ꝛ mei oblita es. Ego ānūciabo iustitiā tuā. ꝛ opa tua nō ꝓderūt tibi. Cū clamaueris liberēt te congregati tui. Et oēs eos auferet ventꝰ: tollet aura. Qui aūt fiduciam habz mei. hēreditabit terrā. ꝛ possidebit montē scīm meū. ꝛ dicā. Viam facite. ꝓtexite iter. declinate de semita: auferte offendicula de via populi mei. Quia hec dicit dñs excelsus ꝛ sublimis habitās eternitatē. ꝛ scīm nomē ei ꝙ in excelso ꝛ in scō habitās. ꝛ cū contrito ꝛ humili spū: ut viuificet spūm humiliū ꝛ vivificet cor contritoꝝ. Nō eni in sempiternū litigabo neq; vsq; ad finē iratscar. q̄a spūs a facie mea egredietur. ꝛ flatus ego faciā. Propter iniq̄tatē auaritie ei ꝙ iratꝰ sū. ꝛ percussi eū. Abscōdi a te faciē meā: ꝛ indignat ꝙ sū. Et abijt vag ꝙ in via cordis sui. Vias eius vidi ꝛ sanaui eū. ꝛ reduxi eum ꝛ reddidi cōsolatiōes ipsi ꝛ lugentib ꝙ eius. Creaui fructū labioꝝ pacē: pacē ei qui longe est ꝛ qui ꝓpe dixit dñs. ꝛ sanauī eū. Impij aūt q̄si mare feruens qđ quiescē nō pōt. ꝛ redūdant fluctus eius i cōculcationē ꝛ lutū. Nō ē pax impijs dicit dñs deus.

LVIII

Clama. ne cesses: q̄si tuba exalta vocem tuā. ꝛ annūcia ꝓpl'o meo scelera eoꝝ. ꝛ domui iacob pcta eoꝝ. Me eteni de die in diē querūt. ꝛ scire vias meas volūt: q̄si gens q̄ iusticiā fecerit. ꝛ q̄ iudicium dei sui nō dereliquerit. Rogāt me iudicia iusticie. ꝛ approp̄inq̄re deo volūt. Quare ieiunauim ꝙ ꝛ nō aspexisti: humiliauim ꝙ aias nras ꝛ nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenit voluntas vestra. ꝛ oēs debitores vestros repetitis. Ecce ad lites ꝛ contentiōes ieiunatis. ꝛ percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsq; ad hāc diē: ut audiat in excelso clamor vester. Nūq̄d tale ē ieiunū qđ elegi: p diē affligē homiem aiaz suā? Nūq̄d cōtorq̄re q̄si circulū caput suū. ꝛ saccū ꝛ cinerē sternē? Nūq̄d istud vocabis ieiunū. ꝛ diem acceptabilē dño? Nonne hec ē magis ieiunū qđ elegi? Dissolue colligatiōes impietatis: solue fasciculos deprimētes. Dimitte eos q̄ ꝓfracti sūt liberos ꝛ oē onus dirūpe. Frange esurienti panē tuū ꝛ egenos vagosq; induc i domū tuā. Cū videris nudū operi eū. ꝛ carnē tuā ne despexeris Tūc erūpet q̄si mane lumē tuū. ꝛ sanitas tua citꝰ orietꝰ. Et anteibit faciē tuā iusticia tua. ꝛ gl'ia dñi colliget te. Tunc inuocabis ꝛ dñs exaudiet: clamabis. ꝛ dicet ecce adsū: q̄a misericors sū dñs deꝰ tuꝰ. Si abstuleris de medio tui catenā ꝛ desieris extēdē digitū. ꝛ loq̄ qđ nō ꝓdest. Cū effuderis esurienti aiam tuā. ꝛ aiam

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

afflictã replcueris:oziet in tenebzis lux tua:
7 tenebze tue erũt sicut meridies. Et requiem
tibi dabit dñs 7 tuus semp.7 iplebit splen-
dozib9 aiam tuã.7 ossa tua libzabit. Et eris
q̃si hoztus irriguus.7 sicut fons aquarũ cui9
nõ deficiẽt aque. Et edificabunt in te deserta
seculoz:fũdamẽta gnãtiõis 7 gnãtiõis suscí-
tabis. Et vocaberis edificatoz sepium: auer-
tens semitas i quietẽ. Si auerteri3 a sabbato
pedem tuũ facẽ voluntatẽ tuã in die scõ meo:
7 vocaueris sabbatũ delicatũ 7 scm dñi glo-
riosũ:7 glozificaueris eũ dum nõ facis vias
tuas 7 nõ inuenit voluntas tua ut loq̃ris ser-
monẽ:tũc delectaberis sup dño.7 sustollam
te sup altitudines tre.7 cibabo te hzeditate
iacob pris tui. Os eni domini locutum est.

ECce nõ ẽ abbzeuiata man9 LIX
dñi ut saluare nequeat:neq3 aggra-
uata est auris eius ut nõ exaudiat:
S iniqtates vre diuiserũt inter vos 7 deũ vrm:
7 pcta vra absconderũt faciẽ eius a vobis ne
exaudiret. Man9.n. vre pollute sũt sanguie
7 digiti vri iniqtate. Labia vra locuta sunt
mendaciũ.7 lingua vra iniqtatẽ fatur. Non
est qui inuocet iusticiã:neq3 ẽ q̃ iudicet vere:
S cõfidũt in nibilo.7 loquũt vanitates. Cõ-
ceperunt labozẽ.7 pepererunt iniqtatẽ. Oua
aspidũ ruperũt.7 telas aranee texuerũt. Qui
comederit de ouis eoz3 morietr.7 qõ confotũ
est erũpet in regulũ. Tele eoz3 nõ erũt in ve-
stimentũ: neq3 opient operib9 suis. Opa eozũ
opa inutilia.7 opus iniqtatis i manib9 eoz3.
Pedes eoz3 ad malũ currũt.7 festinãt ut ef-
fũdãt sanguinẽ innocentẽ. Cogitatiões eozũ
cogitatiões iutiles. Vastitas 7 ptritio i vijs
eozũ. Viã pacis nescierũt.7 nõ ẽ iudiciũ in
gressib9 eoz3. Semite eozũ incuruate sũt eis:
ois qui calcat i eis ignozat pacẽ. Propt hoc
elongatũ ẽ iudiciũ a nobis.7 nõ apphendet
nos iusticia. Expectauim9 lucem 7 ecce tene-
bze:splendozẽ.7 i tenebzis ãbulauim9. Pal-
pauim9 sicut ceci parietem.7 q̃si absq3 oculis
attrectauim9. Impegim9 meridie q̃si in tene-
bzis:i caligosis q̃si moztui. Rugiem9 q̃si vzi
ões.7 q̃si colũbe meditantes gemem9. Expe-
ctauim9 iudiciũ 7 nõ ẽ: salutẽ 7 elongata ẽ a
nobis. Multiplicate sũt.n. iniqtates nre coz̃
te.7 pcta nra rnderunt nobis: Quia scelera
nostra nobiscũ.7 iniqtates nras cognouim9
peccare 7 mentiri 3 dñm.7 auersi sumus ne
ire.n9 p9 tergũ dei nri.ut loq̃remur calũniã 7
transgressionẽ. Cõcepim9 7 locuti sumus de
corde verba mendacij.7 cõuersũ ẽ retrozsum
iudiciũ.7 iusticia longe stetit. Quia cozruit
in platea veritas.7 eqtas nõ potuit ingredi.
Et facta ẽ veritas in obliuiõe.7 qui recessit a
malo·p̃de patuit. Et vidit dñs.7 malũ appa
ruit i oculis eius:q̃a nõ est iudiciũ. Et vidit
deus q̃a nõ est vir.7 apzziatus ẽ q̃a nõ ẽ qui
occurrat. Et saluauit sibi bzachiũ suũ.7 iu-
sticia eius ipsa ꝓfirmauit eũ. Indut9 ẽ iusti-
cia ut lozica.7 galea salutr̃ i capite ei9. Indu
tus est vestimentis vltiõis.7 opert9 ẽ q̃si pal-
lio celi sicut ad vindictã: q̃si ad retributionẽ
indignatiõis hostib9 suis.7 vicissitudinẽ ini-
micis suis. Insulis vicẽ reddet. Et timebũt
qui ab occidẽte·nomẽ dñi:7 q̃ ab oztu solis
gloziã ei9. Cũ venerit q̃si fluui9 violent9 quẽ
spũs dñi cogit.7 venerit syon redemptoz.7
eis q̃ redeũt ab iniqtate i iacob dic dñs. Hoc
fedus meũ cũ eis dicit dñs. Spũs meus q̃ ẽ
in te 7 verba mea q̃ posui in oze tuo. nõ rece-
dẽt de oze tuo.7 de oze seminis tui dicit dñs:
amodo 7 vsq3 in sempiternũ. LX

SUrge illuminare irlm q̃a venit lumẽ
tuũ.7 glia dñi sup te ozta est. Quia
ecce tenebze opient trã.7 caligo po-
pulos:sup te aũt oziet dñs.7 glia eius in te
videbit. Et ãbulabũt gentes i lumine tuo.7
reges i splendoze oztus tui. Leua in circuitu
oculos tuos 7 vide:oẽs isti congregati sunt:
venerũt tibi. Filij tui de longe venient.7 filie
tue de latere surgẽt. Tũc videbis 7 afflues.7
mirabit7 dilatabit cor tuũ: qñ cõuersa fue-
rit ad te multitudo maris: fortitudo gentiũ
venerit tibi. Inundatio camelozũ operiet te:
dromedarij madian 7 effa. Oes de saba ve-
nient aurũ 7 thus deferẽtes.7 laudẽ dño an-
nũciãtes. Oẽ pecus cedar congregabit tibi:
arietes nabaioth ministrabũt tibi. Offerẽt
sup placabili altari meo.7 domũ maiestatis
mee glificabo. Qui sũt isti q̃ ut nubes volant
7 quasi colũbe ad fenestras suas? Me enim
insule expectãt 7 naues maris in pncipio:ut
adducã filios tuos de longe. Argẽtũ eoz3 7 au
rũ cũ eis·noi dñi dei tui 7 scõ isrl: q̃a glozifi-
cauit te. Et edificabũt filij pegrinoz3 muros
tuos.7 reges eoz3 ministrabũt tibi. In indi-
gnatione.n.mea percussi te.7 in reconciliatione
mea miserr9 sũ tui. Et apient porte tue iugit:
die ac nocte nõ claudẽt:ut afferat ad te foz-
titudo gentiũ.7 reges eoz3 adducant. Gens

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

cni ⁊ regnū qđ nō ſeruierit tibi-pibit.⁊ gen-
tes ſolitudine vaſtabūť. Gloria libani ad te
ꝛnet: abies ⁊ buxus ⁊ pinus ſimul ad oꝛ-
nandū locū ſcificationis mee.⁊ locum pedū
meoꝝ glorificabo. Et ꝛnīēt ad te curui filij
eoꝛū q̄ būiliauerūt te.⁊ adoꝛabunt ꝛſtigia
pedū tuoꝝ cēs q̄ ꝛtraxēbāt tibi.⁊ vocabunt
te ciuitatē oñi ſyon ſancti iſrl̄. Pro eo q̄ fu-
iſti ꝛrelicta⁊ odio habita.⁊ nō erat qui p te
trāſiret: ponā te in ſupbiā ſeculoꝛū: gaudiū
ignātionē ⁊ gnātionē. Et ſugges lac gentiū
⁊ māmilla regū lactabeꝝ. Et ſcies quia ego
dñs ſaluās te.⁊ redēptoꝛ tuus foꝛtis iacob.
Pro ere afferā aurū.⁊ p ferro afferā argētū
⁊ p lignis es.⁊ p lapidib⁹ ferrū. Et ponā vi-
ſitationē tuā pacē.⁊ ꝓpoſitos tuos iuſticiā.
Nō audiet vltra iniq̄tas i terra tua·vaſtitas
⁊ ꝓtritio i ēminis tuis.⁊ occupabit ſal⁹ mu-
ros tuos.⁊ poꝛtas tuas laudatio. Non erit
tibi ampli⁹ ſol ad lucendū p diem: nec ſplen-
doꝛ lune illuminabit te: ꝟ erit tibi dñs i lucē
ſempiternā.⁊ de⁹ tu⁹ in gloriā tuā. Nō occidet
vltra ſol tu⁹.⁊ luna tua nō minuet: q̄a dñs
erit tibi i lucē ſempiternā.⁊ cōplebūť dies lu-
ctus tui. Popul⁹ aūt tuus cēs iuſti ꝓꝛetuū
hꝛreditabūt trā: germen plantationis mee:
op⁹ man⁹ mee ad glorificandū. Minim⁹ erit
i mille.⁊ paruulus in gentē foꝛtiſſimā. Ego
dñs: in tpe ei⁹·ſubito faciā iſtud. LXI

Spiritus dñi ſuper me: eo q̄ vnxerit
me. Ad ānunciādū manſuetis miſit
me: ut mederer cōtritis coꝛde.⁊ pꝛe-
dicarē captiuis idulgētiā ⁊ clauſis apitionē
ut p̄dicarē annū placabilē dño ⁊ diē vltiōis
deo nr̄o: ut ꝓſolarer cēs lugentes: ut ponerē
ꝓſolationē lugētib⁹ ſyon.⁊ darē eis coꝛonā
p cinere: oleū gaudij p luctu·palliū laudis
p ſpiritu meroꝛis. Et vocabūť i ea foꝛtes iu-
ſticie: plantatio dñi ad glorificādū. Et edi-
ficabūt deſerta a ſeculo.⁊ ruinas antiquas
erigent.⁊ inſtaurabunt ciuitates deſertas ⁊
diſſipatas i gnātionē ⁊ gnātionē. Et ſtabūt
alieni ⁊ paſcent pecoꝛa vr̄a.⁊ filij pegrinoꝛū
agricole ⁊ vinitoꝛes ꝛſtri erūt. Vos aūt ſa-
cerdotes dñi vocabimini: miniſtri dei nr̄i di-
ceť vobis. Foꝛtitudinē gentiū comedeť.⁊ in
glia eoꝝ ſupbieť. Pro confuſione vr̄a duplici ⁊
ruboꝛe: laudabūt pte eoꝝ. Propt̄ h̄ i tra ſua
duplicia poſſidebūt: letitia ſempiterna erit eis.
Quia ego dñs diligens iudiciū.⁊ odio bñs
rapinā i holocauſtū. Et dabo op⁹ eoꝝ i ṽita-
te.⁊ fedus ꝓpetuū feriā eis. Et ſcieť ſ̄ gentib⁹
ſemē eoꝝ.⁊ germen eoꝝ i medio pꝓl̄oꝝ. Oēs
q̄ viderint eos cog̃ſcēt illos: q̄a iſti ſūt ſemē
cui bñdixit dñs. Gaudēs gaudebo in dño.⁊
exultabit aīa mea in deo meo. Quia induit
me ꝛſtimētis ſaluť.⁊ indumēto iuſticie cir-
cūdedit me: q̄ſi ſponſū decoꝛatū coꝛona.⁊ q̄ſi
ſponſam oꝛnatā monilib⁹ ſuis. Sicut n. ēra
pfert germē ſuū.⁊ ſicut hoꝛtus ſemē ſuū ger-
minat: ſic dñs de⁹ germinabit iuſticiā ⁊ lau-
dem coram vniuerſis gentibus. LXII

Propter ſyon nō tacebo.⁊ pter irl̄m
nō quieſcā: donec egrediat ut ſplen-
doꝛ iuſt⁹ ei⁹.⁊ ſaluatoꝛ ei⁹ ut lampas
accēdat. Et videbūt gētes iuſtū tuū.⁊ cūcti
reges iclytū tuū. Et vocabiť tibi nomē no-
uū: qđ os dñi noiauit. Et eris coꝛona glie i
manu dñi.⁊ diadema regni i manu dei tui.
Nō vocaberis vltra deꝛelicta.⁊ terra tua nō
vocabiť ampli⁹ deſolata. Sed vocaberi volū-
tas mea i ea.⁊ ēra tua inhabitata. Quia cō-
placuit dño in te.⁊ ēra tua inhabitabiť. ha-
bitabit. n. iuuenis cū virgine.⁊ habitabunt
in te filij tui. Et gaudebit ſpōſus ſup ſponſam
⁊ gaudebit ſup te de⁹ tu⁹. Sup muros tuos
irl̄m conſtitui cuſtodes: tota die ⁊ tota no-
cte in ꝓpetuū nō tacebūt. Qui reminiſcimini
dñi·ne taceatis: ⁊ ne detis ſilentium ei·donec
ſtabiliat ⁊ donec ponat irl̄m laudē i tra. Ju-
rauit dñs in dextera ſua.⁊ in bꝛachio foꝛti-
tudinis ſue. Si dedero trincū tuū vltra cibū
inimicis tuis.⁊ ſi biberint filij alieni vinū tuū
i quo laboꝛaſti. Quia qui cōgregabūt illud
comedent ⁊ laudabūt dñm.⁊ qui cōpoꝛtant
illud bibent in atrijs ſanctis meis. Transite
trāſite p poꝛtas·ꝓparate viā populo. Planū
facite iter.⁊ eligite lapides.⁊ eleuate ſignū
ad populos. Ecce dñs auditū fecit in extre-
mis ter̄e. Dicite filie ſyon: Ecce ſaluatoꝛ tuus
venit: ecce merces ei⁹ cū eo.⁊ op⁹ eius coram
illo. Et vocabunt eos pꝓl̄us ſcūs: redempti
a dño. Tu aūt vocaberis queſita ciuitas.⁊
non deꝛelicta. LXIII

Quis ē iſte qui venit de edom tinctis
deſtibus de boſra? Iſte formoſus in
ſtola ſua: gradiēs i multitudine foꝛ-
titudinis ſue. Ego qui loquoꝛ iuſticiā.⁊ p-
pugnatoꝛ ſū ad ſaluādū. Quare ergo rubꝛū
eſt indumentū tuū.⁊ deſtimēta tua ſicut cal-
cantiū i toꝛculari? Toꝛcular calcaui ſol⁹:⁊
de gētib⁹ nō ē vir mecū. Calcaui eos i furoꝛe

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

